


Lare
Icones
H



12979
12918
daim

EPIST

N. Lat. 235

EPISTOLARE MARI PHILELFI



ORDO

Ordo cōtentorū in hoc utilissimo opere: **P**rimo epistola consultatiua de opere imprimendo cum eius responsiua præmittitur.

Secundo ponitur epistola proemialis ipsius auctoris. **T**ertio dantur præcepta artis rhetorices p̄ occurētis temporis oportunitate: de orationibus & epistolis cōponendis & dictandis.

Quarto describuntur tituli cum epithetis cōuenientibus omnibus & singulis hominū dignitatibus & conditionibus: a summo pontifice / Imperatore / Regib⁹ usq; ad agricolas & alios artifices.

Quinto: qm̄ **T**ullius & alij de epistolis scribentes dicūt epistolarū multa esse genera: nec tamen declararunt quæ aut quot essent illa genera: ideo ut omnibus ad epistolas faciliōr pateat accessus: hic declarant epistolarū scribendarū octoginta esse genera: & quæ sunt illa: **V**nūquodq; etiam genus exemplificat tribus epistolis differentibus: familiaris: familiarissima & graui: & unicuiq; generi propria accōmodat synonyma.

His autē titulis hæ continentur epistolæ.

C ōmendaticia.	Ti. j.
C onsolatoria pro funere.	Ti. ij.
C onsolatoria pro re perditā.	Ti. iij.
C onsolatoria pro exule.	Ti. iiij.
G ratulatoria.	Ti. v.
I nuitatoria ad amicitia.	Ti. vj.
S uplicatoria.	Ti. vij.
S uasoria.	Ti. viij.
D issuasoria.	Ti. ix.
D omestica de proprio statu.	Ti. x.
C ōmotiua ad pacem.	Ti. xj.
C ōmotiua ad bellum.	Ti. xij.
P ostulatiua rei certæ.	Ti. xiiij.
C ōmunis amicitia causa.	Ti. xiiij.

TITVLORVM

I ocosa de se.	T i. xv.
I ocosa de alio.	T i. xvi.
S eria de se.	T i. xvii.
S eria de alio.	T i. xviii.
I mperatoria.	T i. xix.
M inatoria turpis:	T i. xx.
L audatoria.	T i. xxj.
V ituperatoria.	T i. xxij.
P aternalis ad filium.	T i. xxiii.
M aternalis ad filium.	T i. xxiiii.
F ilialis ad patrem & matrem.	T i. xxv.
S eruilis ad dominū.	T i. xxvj.
C lientalis ad patronum.	T i. xxvij.
D isciplinialis ad magistrum.	T i. xxviii.
D octrinialis ad discipulum.	T i. xxix.
M unificalis:	T i. xxx.
I uridicialis.	T i. xxxj.
R egratiatoria.	T i. xxxij.
C ommissionalis.	T i. xxxiii.
T estimonialis.	T i. xxxiiii.
L amentatoria.	T i. xxxv.
H ortatoria.	T i. xxxvj.
C onsultatiua.	T i. xxxvij.
A ccusatiua publici criminis.	T i. xxxviii.
O biectiua generis uel uitæ.	T i. xxxix.
P acatiua.	T i. xl.
C onfirmatiua.	T i. xli.
I nuectiua.	T i. xlii.
A matoria honesta.	T i. xliij.
R ei nouæ nunciatiua.	T i. xliiiij.
P ublicæ fidei precatiua.	T i. xlv.
H istoriæ narratiua.	T i. xlvj.
F abulæ expositiua.	T i. xlvij.
E xemplificatiua.	T i. xlviii.

ORDO TITVLORVM

C ontentiosa.	Ti. xliij.
C ominatiua.	Ti. l.
B elli edictiua.	Ti. ljj.
P acis proclamatiua.	Ti. ljj.
F œderis ic̄ti significatiua.	Ti. liij.
T riumph̄i expositiua.	Ti. liiij.
I nbibitiua.	Ti. lv.
L egis enunciatiua.	Ti. lvj.
L ætiçia nouæ nuncia.	Ti. lvij.
D e filio principi nato.	Ti. lvij.
D e filia principis nata.	Ti. lxx.
D e hoste fugato uel cæso.	Ti. lxx.
D e familiaribus negocijs.	Ti. lxxj.
P ublicæ fidei expressiua.	Ti. lxxj.
F amiliaritatis institutiua.	Ti. lxxij.
C onsularis dignitatis.	Ti. lxxij.
M edicinalis.	Ti. lxxv.
L egalis.	Ti. lxxvj.
P oetalis.	Ti. lxxvij.
P hilosophalis.	Ti. lxxvij.
M athematicalis.	Ti. lxxix.
O mnium artium.	Ti. lxxx.
M ilitaris cum adhibenda fide.	Ti. lxxxj.
A d conciliandam gratiam.	Ti. lxxxij.
A d reconciliandam gratiam.	Ti. lxxxij.
A d se laudandum.	Ti. lxxxiiij.
A d se expurgandum.	Ti. lxxxv.
A d reddendum se notum apud ignotos.	Ti. lxxxvj.
M ercatoria.	Ti. lxxxvij.
I rritatiua in aliquem.	Ti. lxxxvij.
I nuitoriua ad comunem lætiçiam.	Ti. lxxxix.
M oralis uoluptatum damnatiua.	Ti. lxxx.

EPISTOLA COMMENDATICA

Ludouicus Mondellus ordinis minorum doctorq; theologus: Octauiano **V**aldino mercatibelli domino illustrisimi ducis **V**rbini **G**ermano dignissimo: doctorūq; uiuorum **P**atrono. **S.P.D.**

Vellem Octauiane princeps illustris: & doctorum uirorum praesidium ac decus: ut de uiuo **M**ario philelso potiusq; mortuo: ornando: nunc mihi contentio esset. lucundius enim eam (non dicam feruētis) suscipere. **S**ed quoniam siue natura: siue fato ita secum actum est: ut priusquam nos ex hac uita decederet: non putauim committendum esse: ut ei quoque mortuo meum officium deesset. **E**t quidem per deum immortalē: quid est quod defunctis **D**efunctis impendere possimus: quam eis uitam per gloriam propaga- pendere re: immortalesque quodammodo eos reddere? **S**olent autem plerique sic defunctorum gloriae studere: ut marmoreis monumentis aeneisue signis positis: eorum titulos & spectandos & legendos posteris relinquunt. **V**erum hac in re **M**arius suppositum amicorum ope non indiget: **S**atis enim magna monumenta ipse uiuens sibi posuit: satis magnas statuas erexit: quae nulla unquam uetustas: nulla uiolentia: nulla denique duro robore innata caprificus difficiet: **O**perum scilicet & scriptorum suorum in diuersis generibus: quae cum latinitate: eloquentia & candore mirifice splendideant: tum antiquorum operibus & quidem perfectissimorum conferri possint: ut iure de eo dicere possim: quantum **M**arius ille **A**rpinas reipublicae **R**omanorum armatus: **M**arius **A**rpinas tantum noster **R**omanae linguae contulit togatus. **I**n hoc tantum modo locus officio mihi relictus est: quod cum pars monumenti sui quasi angulus quidam: tenebris immersum sit: & ueluti sub opaca umbra ita constitutus: ut minime uel spectari uel legi possit: circumfusas tenebras pellam & obumbrantes ramos penitus abscondam: monumentumque **M**arii totum sub luce constitutum: ut non minus operosum appareat: quam a suo artifice constructum sit. **E**pistolarium enim in caetera praecleara opera **M**arius confecerat: in quo non solum epistolarum genera octoginta numerauit: sed singulorum formulas & locos per-

EPISTOLA

cutus est: nec id quidem simpliciter: sed tripliciter pro numero trium dicendi figurarum ordine compleuit: **O**pus profecto iuuenibus & mediocriter doctis utilissimum: unde non minus latinitatē & elegantiam exhaurire: quā exercitationis latissimam frugem uberrimūque fructum consequi possint: doctis uero futurum quā gratissimum: utpote quod multo labore: in quocūque genere dicendum fuerit: possit eos releuare. **O**pus tamen ipsum non ædiderat: aut si æditum dici potest: uni mihi tantum: cui dicauerat: & **A**rchetypū nullo sibi retento exemplo: aut alijs comunicato tradiderat: æditum fuerat. **D**ecreuerā illud omnibus aperire: ut quātum laudis & gloriæ inde proficisci potest: **M**ario non interciperet: & monumentū illud ex pluribus cōstans partibus: in hac quoque parte ut in cæteris nulla caligine obscuraretur. **D**ebeo sibi hoc ex pietate: multum me amauit: multū me litteris & sapientia ornare studuit: **E**ius beneficio hanc particulā uiuacis animæ quā sortitus sum: habeo. **I**ngratus & impius censendus essem: si ego qui suo faneri non interfui: nunc licet longo post tempore cū possum: quasi pompa instaurata ad eum ornandum: meā ferculorum partē non afferrem: si nō & mea thura incenderem: **A**dores adoresque miscerem: si eius feretrū hoc nobili insigni quasi alio spolio non accumularē. **C**æterum quo plenius huic laudi & gloriæ **M**arij cōsulerem: in hac regia **P**arisiorum ciuitate: in qua iam biennium studiorū gratia fui: epistolarium ipsum imprimendum dare statueram: ut in loco totius orbis eminentiori inter tot academias: inter tot sapientissimos & diuinæ mentis uiros: ab omnibus **M**arius etiā functus & coleretur & admiraretur. **Q**uem locum: quā orbis plagam: ad eius nomen celebrandum æternitatique cōmēdandum potui eligere aptiorem? **V**erum huic pietati meæ una res obstabat: quod ea lege ab ipso opus mihi tradi impetraui: ut in alterius manus non perueniret: idque ipse suis in libri inscriptione testatus est monimētis. **N**ec quidem a me id ea mente factum est: quia ambitione du-

Archetyp⁹

Adores

COMMENDATICA

cerer: aut quia si omnes idem scirent quod ego: me min⁹
 scire putarem: **S**ed profecto quia tūc **M**ario tribuebam:
 tantaq; me uoluptate eius elegantia affecerat: ut non ui-
 derer satis meo facere desiderio nisi ab eo quodpiam sin-
 gulare & quasi meum proprium pignus haberem: quod
 noctu diuq; uersando ueluti quādam eius imaginem con-
 templarer. **Q**uo fit ut si nūc librum imprimi iubeam: ue-
 rear ne ab omnibus inconstātiæ accuser: uel quia iam ue-
 lim qđ modo noluerim: uel tanq̄ **M**arij cōtemplationem
 post eius mortē continuo omiserim. **A**lius præterea scru-
 pulus ea in re male me habet: quia forte cuipiam callido
 rerum æstimatori possit id operis non dignum **M**ario ui-
 deri: quia dixerit nō eandem quā cætera **M**ariana opera
 claris principibus dicata elegantia redolere. **C**ontra uero
 si in sententia maneam: & unicus libri possessor sim: illud
 timeam ne impius iudicer: quia **M**arij gloriæ & immorta-
 litati defuerim. **D**einde ne multis inuidisse uidear: quia
 ad multorū utilitatem in lucem prodire librum non per-
 miserim: uel eo maxime: quo sicuti cæteris doctis uiris: ita
 & **M**ario omnes existimant illud scientiæ munus a deo
 collatum: non soli sibi & paucis amicis: sed toti humano
 generi profuturū fuisse concessum. **O**b quam rem si eos
 hoc cælesti munere priuarem: iustam de me omnes ha-
 berent querelam: Itaq; cum ueluti in mari a diuersis flatu-
 bus agiter: anceps sum hoc ne an illud eligam aut fugiā. **H**oratius
Decipimur enim specie recti: & in uitium ducit culpæ fu- in arte
 ga si caret arte. **T**e igitur **O**ctauiane princeps clarissime
 in tanto fluctu tanq̄ meū numen inuocandum duxi: **T**uū
 consiliū pernecessariū mihi existimaui. **N**ec ab re præ-
 ter cæteros te unum consulere uolui: primum q̄ in diju-
 dicandis rebus: consilijsq; deligendis: natura & doctrina
 cæteros quotquot noui ita antecellis: ut non solū ex agro
 piceno & flammīnia quarum prouinciæ: anceps colonus
 es: sed ex toto latio: cū in omni genere uirtutū: tum i hoc

EPISTOLA

quod ex litteris proficiscit a te principe laudatissimo maxime desiderent laudari. **D**einde q̄ utriq; nostrū singularis amicus eras: ut nullius magisq; tua inter sit tantos inter nos componere (nō dicam lites aut turbas) sed animi motūs. **M**ario siquidem ita deditus eras & ille tibi: ut plusq; dimidium animæ tuæ eum putares. **L**egē amicitiaē in eo amando excedebas cum eius scripta tanq; libros sibyllinos estimares. **O**mitto q̄ crebris & maximis muneribus eum ornabas. **I**d em̄ faciebas ei esse cōmune cum multis: quīs nō omnib; eadem mensura qua **M**ario metireris: nō omnes cū **M**ario in eodē theatri gradu apud te sedebāt: nec nūc aliter mihi p̄suasum est: q̄ te cum eius spiritu amicitiam uelle p̄ducere: cuius in uita fueras tam diligēs obseruator. **M**e uero ipsum quantū amaueris nō uulgarib; semper ostendisti argumētis. **N**ullum enim officij genus pratermisisti: quo nō fueris in me beneficētissimus: quotiens mihi collibuisse te adire (quod ppaucorū erat) sine cubicularij officio: ut id possem effeceras. **A**d penetralia nō solū domus sed etiā pectoris tui me q̄ sēpissime admittebas: nec indignum sēpenumero putasti ut quæ cæteris secreta essent mihi libere cōmitteres. **T**antūq; apud te & tuos singulos auctoritate & gratia ualui ut ad officioꝝ cumulum nulla possit fieri accessio. **N**eq; id mihi mea uirtute cōtingit: aut quapiam causa ex me profecta: sed tm̄ tuæ beneficentiæ cōsuetudo te admonuit: quæ talis est ut neminē pratermittas cui te nō hospitalē præstes. **A**ge igit̄ **O**ctauiane numē meum: mihiq; uocatus **A**pollo pro illa singulari sapientia tua qua omnes uincis: p̄ eam amicitiaē quæ tibi cū **M**ario olim fuit: quam nō decet ut frustra tibi cōmemorauerim: per eam fidem & obseruantiam qua te unice colo & ueneror: & quā tuo mutuo ac miro prosequeris amore ac benignitate. **I**am tuas hic interpone partes: iam tuam profer sententiam. **N**eutri nostrū eris procliuior: **S**ed tm̄ quo te meꝝ animi iudiciū impulerit ad hærebis. **E**go em̄ ad utrūuis partē tuo iudicio & auctoritate

occurr
 ab alter
 tentia
 tio le
 sum
 Ambr
 cum in
 semp
 ex ma
 scere
 dia re
 cis d
 quæ
 tui
 frui
 pū
 nos
 hendi
 solam
 cipar
 quid
 p̄
 iug
 iam
 fecit
 plo a
 ut pl
 xime
 iudici
 tam
 p̄
 cipar
 illi

COMMENDATICA

confirmatus fuero: illā q̄celerrime factō cōprobabo: cum
ab alteri^o crimine (si qđ erat) p̄suasus sim p̄ te eadē tua sen-
tentia eadēq; tabella me absolutum iri. **Vale.** Parisij ter-
tio kalendas Maij. Millesimoquadringsentesimooctoge-
simoprimo.

Octavianus **V**aldinus: fratri **L**udouico
Mondello doctōri theologo. **S. P. D.**

Amabam te antea **L**udouice mōdelle: tū quia tua me du-
ctum indole non decepisti: propterea q; te mihi familiarē
semp̄ habere uolui: tū q̄a postq̄ mihi satis familiaris factus
es: indies uidebā nō mediocres uirtutes ī te nasci: adole-
scere & p̄fectas fieri: cū tu neq; laborib^o parceres neq; stu-
dia remitteres: ut magnis principibus grauib^oq; nego-
cijs dignū te uirum pr̄stares. **N**ūc uero ob pietatē tuam
quæ & ipsa insignis & in amicū cōmunē est: ita in amore
tui accēsus sum: ut de te ornādo quātū possim cogitē: ne
frustra apud me: qđ semp̄ studui aliq̄ egregia uirtute quis
piā fuerit usus. **Q**uid em̄ te officiosius: q̄ cū amicitia inē ui-
tos sit: tu etiā a defunctis eā non separas: & cū ijs q̄ nobis
benefecerūt: paria aut aliquanto maiora bñficia reddere
soleam^o: tu p̄ re mediocri accepta immortalitatē reddere
cōparas. **N**ec id quidē cum mediocrib^o laboribus curas:
quando quidē ex intimis **G**alliarū partibus ad agrum usq;
picenū p̄pter eā rem nūcios ad me miseris: **C**ū tñ in am-
biguis reb^o amicorū consiliū siue iudiciū exposcis: nō pos-
sum tuam nō laudare sapientiā. **N**emo aliter q̄ tu sapiens
fecisset. **Q**ū em̄ ita gratus & pius esse cupis ut tuo exem-
plo alios quoq; ad gratitudinē excitare possis: tñ dubitas
ut plærūq; solet ne ea in re quippiā impie cōmittas: cū p̄-
xime uirtutē sæpe uitiū consistat. **E**t qđē q̄a ut scribis meū
iudiciū expositulas: nullo hic te pacto fluctuare permit-
tam. **Q**uid em̄ me iudice obstiterit quo min^o p̄ te **M**arius
æternitatē adipiscat^r: cū & tibi insignis pietatis laus inde
cōparanda sit: **O**ptimū hoc cēseo ex quo utriusq; nomini
cōsuliē: omnibus uero q̄ incōstantiæ te criminarent^r hoc

responsum esse uelim impertinaciā: nomē cōstantiā mutari: cum quis perstiterit ubi cōsiliū mutationem ratio suaferit: **E**sset ne aliquis sapiens nisi ad tempora & ad hominum utilitates sua consilia accommodaret: **N**ōne deus ipse menses: dies & momenta uariauit: ut ad opus suum pertinere cognouit: **N**ō etiā id me moueret: quod de callido rerum estimatore & libri elegantia ad me scribis. **N**on em̄ latet uiros sapientes unius privati hominis usui opus dicandum & quasi intra domesticos parietes reponendum: non tanta cura elaborari decere: quāta solet quod uniuersitati hominū & quasi in arce **M**ineruæ fuisset locandum. **U**trique em̄ operi sua præcipua laus est: quia dignitatē eorum quæ accidunt seruat. **H**oc autem iudiciū meū non parum ex **O**ctauiani **A**ugusti iudicio confirmatur: **C**uius auctoritatē non parui momenti esse duco. **M**aluit enim imperator iustissimus **V**irgilij æneidem seruata esse: quæ igni perire: quis non dubijs uerbis in ultimis tabulis mandasset **M**aro flammis eam aboleri. **N**ō enim censebat inter cætera cuiusq; præclari uiri cum suo auctore opus debere extingui. **C**urabis igit̄ **L**udouice **M**ondelle uel solum propter hoc ipsum omnium amore dignissime ut animo concepisti (nec te ulla auertat suspitio) **M**ariū nostrū in occidente & in ista **P**arisiorum urbe quasi orbis terrarū arce illustrare. **E**go uero hic apud nos eidem non deero. **D**ignus enim est ut uiuat quādiu uixerint homines: quorum utilitati & usui multa comparauit. **G**raui etiā censura censendi nos essemus si tanta per eum messe comparata eius fructum omitteremus: & posteris nostris transmittendū minime laborarem. **V**ale. **V**rbini tertio **N**onas **I**ulij. **M**. cccc.lxxxj.

6
PRAEFATIO

Marij philefi artium & utriusq; iuris doctoris: equitis auri
ti & poetæ laureati: ad religiosissimū patrem sapientemq;
theologum **L**udouicū **M**ondellū mediolanēsem ex sera
phico minorū ordine præfatio in nouū epistolariū.

Decreueram iam dudum aliquid ædere: qđ
epistolari succurreret officio: **V**idebam
enim plærosq; uiros etiam doctos parū
bac in re temporis cōsumpsisse: pindeq;
nostræ conduxisse tempestati: ac si nihil
elucubrassent. **N**am ubi **C**icero inq̄t: **E**pi
stolarū multa sunt genera: qui sunt adeo
curiosi: q̄ nostris hominibus: quot: aut quæ sint ea genera
declararint: **Q**uod autem hac expressione in omni re fun
ditus cognoscenda sit opus: **G**ræci pariter & latini docue
runt: q̄ cū artē benedicēdi fuere descripturi: a generibus
causarū initium quæsiuerunt: ut intelligereē prius de ma
teria q̄ de forma: prius de quo dicendum esset: q̄ quomo
do dici conueniret. **N**isi enim hominem esse constet: fru
stra bonum malūte dicimus esse. **A**t mihi & uoluntati nō
nunq̄ hac in re plurima & diligentius: tum apud **L**ibaniū **L**ibanius
Pelafgum epistolandi officiosissimū: tum apud alios utri
Pelafgus
usq; linguæ peritissimos inquirenti: sunt octoginta episto
larum scribendarū inuenta genera: ut nihil iam ad episto
landum sit reliquū: qđ hic numerus nō complectat. **N**am
& publica continet: & priuata: & quæ toga: quæq; bello
trāsfigunt: & quæ quō foris ac domi: cū amico: aut hoste:
lite: cōcordia: amore: odio: re: uerbo attemptant: dicunt
atq; fiunt. **I**n totidem hæc redegi titulos: & ut ad epistolā
dum paratior sit accessus: stilorum differētes nactus sum
progressus: sub quibus nunc familiarem pro mediocri sti
lo: nunc familiarissimā pro infimo: nunc titulus quisq; gra
uē p̄ stilo altiore præ se feret. **E**xēpli gratia. **D**ū hæc me
ditamur: opportune tu nobis occurris **L**udouice **M**odel
le uir hūanissime clarissimeq; theologe: rogafq; hoc opus

PRAEFATIO

tibi dedicē: sed ea quidem lege: ut in alterius non pueniat manus. **A**peris enim tuam mihi mentem: ut cupias tam assidue in eo pcurriendo uersari codice: ut quem imiteris in epistolādo: delegisse uidearis. **Q**uod exorasset uix ab me quisq̄ alius: impetras: ut si quādo publicæ cōmuniq̄ uoluerō multoq̄ necessitati conducere: aliud alias efficiā eisdem titulis opus. **N**equeūt enim **M**ario in eisdē generibus uel inuētiōes deesse: uel uerba: nunc librum hunc titulo dem. **E**um ut solus assequaris: liberiusq̄ teneas: ac magis habeas familiarē: proprijs excipulis manibus: & ne ullum uel me penes: uel alium opera mea largitioneq̄ sit **Prototyp**⁹ exemplar: **P**rototypum hoc unicumq̄ hactenus uolumē tibi designauī: atq̄ tradidi. **A**dbibebris ei tanto maiore ergo fidem: quāto maiore in hoc ædendo: erga te fui charitate: p̄ ea: qua uisus es atq̄ nō uulgaribus argumētis: esse in me beniuolentia. **Q**uod si quid inter legendum pcurres: non omnino excultum industria elaboratumq̄ ingenio: ascribes tēporis breuitati: qua centū circiter ac quadraginta chartas latiores coegisti infra dies uiginti p̄stringere: quib⁹ & nō nihil audiebas: & alijs etiā negocijs domi forisq̄ nos oportebat uacare. **P**ossunt & discursus inuenisse calami: quos errores aliquādo inter itinerandum corrigemus. **U**t autē ad epistolandum cōmodius & magis accedas tēpestiue: quædā artis rhetorices præcepta descripsimus cum exemplis: priusq̄ ad epistolādum titulos descenderimus: nec omnia quidē **A**ristotelis **C**iceronisq̄ monumenta secutus hic sum: sed ea dumtaxat: quæ uisā mihi in tuū usum necessaria. **A**liud est em̄ ueterem: aliud huius ætatis oratorem se uelle: **A**liud in foro inter causarum strepitus: **A**liud in cōcilijs pontificum coronaq̄ auditorum uersari. **R**eliquum est: ut si quid me tibi plus esse usui ducis: assidue me putes æque uti posse ac teipso: si satis est: me tamen semp̄ ames: semper memineris id obsecūdasse tibi: quod nemo alius: sine summa difficultate consecutus esset. **V**ale. **E**x **V**rbino sexto Idus **F**ebruarij.

PRAECEPTA ARTIS RHETORICES

Millesimo quadringentesimo septuagesimoseptimo.

Praecepta artis rhetorices: & primo de exordio cū benivolentia ab auditoribus.

In tali exordio siue p orationē: siue per epistolas: **I**n exordio tria opus est cōsiderare. **P**rimū psonae qualitātē tria confide/ apud quā agit. **S**ecūdo rem de qua agit. **T**ertio randa. **Q**ualitas laudē qua auditor delectat. **Q**ualitas psonae cōsistit circa personae dignitatem: uel locum magistratus: in quo situs sit is apud quem agit: quia aliter captat benivolentia a pontifice: q̄ a praetore. **E**t circa hoc duo debent seruari. **P**rimū **T**itulus **T**itulus **S**ecūdo cognominatio. **T**itulus est ut papa appellet **S**anctissimus: **B**eatissimus: **C**lementissimus: **S**apientissimus. **I**mperator uero **I**nuiētissimus: **D**ignissimus: princeps optimus &c. ut de singulis infra de ratione titulorū dicet. **C**o- **C**ognomi/ gnominatio est: ut papa dicat: **B**enemeritus: **C**hristi uicē natio gerens: **V**nicū christianae fidei asylū: **M**aximus diuini defensor nominis: **E**cclēsiā nostrae tutor atq; ptector. **I**mperator aut cognominet **C**esar semp augustus: **R**efugiū Romanae gloriae &c. de quibus infra dicet: **R**es de qua agit **R**es de qua tripliciter cōsiderāda est. **P**rimo qñ est honesta. **S**ecūdo agitur cum est turpis. **T**ertio qñ est honesta: & uideat turpis: uel cū sit turpis: uideat honesta. **P**rimo qñ est honesta: satis est cōformare rem cum persona: dicēdo: non esse prolixum sermonē habendum ea in re quae sit honestissima: & auditoris naturae uicē cōformis. **S**i uero est turpis: cōsideret si quā habet pte honestatis: & tūc illa est tractāda. **S**i nullā habet honestatis partē: arguat ab aliqua cōsequēti misericordia uel gratia. **S**i turpis ē: & uideat honesta: p se orator instare debet circa id quod uideat: p aduersario uero declarare: aliter esse q̄ uideat. **L**aus autē qua delectat audi- **L**aus tor: intelligi debet ex eius uita & moribus: modeste tamē tractari: ne uideat assentatio.

Exemplū talis sermonis.

Scio te praetor magnifice adeo iustum esse: ut nihil uel au,

PRAECEPTA ARTIS

dias: uel admittas quod non sit omni ex parte dignū uīro bono. **A**ttuli ad te igitur rem æquissimam: quæ cum p se intelligetur: nullis aduersarij adiectis laqueis: a deo uidebitur honesta ut naturæ tuæ sit conformissima. **N**ibilo enim te aiunt oēs boni: plus delectari q̄ æquitate: qua simillim^o dei esse possis in terris.

Apparatus in exordio constat.

Attentione

Beniuelētia

Est autē in omni re dicenda: scribendaq; utendum apparatus: qui solet exordij nomen apud omnes consequi. **H**ic autē duobus constat dumtaxat: attentioe: ac beniuolētia. **N**am docilitas attentionis est inserta uiscribus. **E**st autē attentio diuisa bipertito: in expressione rei cum eius laude: & in rei taciturnitate cum summa dicendorum laudatione. **A**ut enim ante factus est eadem de re sermo: & tūc satis est rem altius puebere: quæ iam dudum est nominata: **A**ut initium dicendi scribēdiue nomē rei poscit cum eius laude. **B**eniuelētiæ uero & si quattuor sunt rationes: una tamē est causa: a persona nostra: a re: ab auditore: uel in aduersariū: ut si quis scit tantum sibi gratiæ uendicare: quātum ad id exorandum: quod oratur: satis sit: hoc modo per attentionem.

Exemplū Attentionis.

Nunc ut rem omnem animaduertatis: quæso diligenter: quam ego rem uobis expositurus sim: rem in q̄ & mea ditione nō indignā: & auctoritate uestra dignissimā.

Exemplū de beniuolētia a quattuor psonis.

Audietis attem o uiri præstantissimi rem uobis non incundam: qui ut iustissimi estis: sic soletis ijs delectari quæ nō habeant quicq̄ cū iniquitate cōmixtum. **I**ntelligetisq; ab huius nequissimi aduersarij mei natura me plurimū abesse. **I**s em̄ ut nequā est: p̄fidiaē semp̄ studet: neminē timet: neminē erubescit. **E**go uero qui uestra consuetudine fractus: impietate plurimū abhorreo; nihil ad uos afferre au-

RHETORICES

sim turpis.

Dictum est autem unam esse dumtaxat beniuolentiam ab ipsis quattuor personis causam; quia nihil in exordio tractatur nisi ad finem sibi animos auditorum ad audiendum apparandi & conciliandi: ut ad reliqua facilius constet aditus. Nam ueluti si quis semel bona sit in nos mente: nos amans laudat omnia nostra; etiam si non uideantur ijs qui nos odere talia; sic qui male de nobis concepit: nos habens odio; etiam quae amantes de nobis admirantur: detestare conatur.

Est autem & attentio ipsa; & beniuolentia: eo moderamine in exordium inducenda: ut neque iactator; nec assentator homo uideatur. Nam iactare se uidere: remque dicenda: si minus modeste uel illam uel se laudaret. Assentari autem si supra modum auditorum laudes sequeretur.

Exemplum iactantiae.

Res enim haec de qua uerba facturus sum; tam est insigni laude cumulata. **P. C.** tam excellens; tam admiranda: ut & ante hac nunquam sit audita: & a nemine possit alio quam a me uno tractari. **T**ot enim ac tanta de omni uirtutis genere pericula factam sum in omni uersatus bonarum artium studio: tantum mihi iam laudis in exercendis bonis litteris eruditissime comparat: ut nemo aequae ad hanc materiam conuenire queat: nulli sint paratae rationes meae: neminem tam hoc munus quam me deceat.

Exemplum adulationis in beniuolentia.

Quis autem adeo est obtuso plumbecoque ingenio: quem latere queant uestrae laudes? **V**os enim soli estis luminaria quasi quaedam in terris demissa caelitus; quorum splendore ac ductu per omnis tenebrarum obscuritates ambulet: uos numina deorum aliqua summa quidem apud nos ueneratione dignissima quibus qui non credit: non fidei; non se dedicat totum: is & profusus est & amens appellandus.

PRAECEPTA ARTIS

Sed sciendū nō esse turpe minus: si tm̄ beniuolētiae in aduersariū capteſ ut inuehi potius uideamur: q̄ ad orationis necessitatē p̄sequi: hoc modo dicendo.

¶ Exemplū in aduersarium.

Incōtinens.

Superbus

Immanis

Nec ego tam obscæne me dicere quicq̄ posse arbitror in hunc aduersarium: cui nequeat addi peiora multo. **Q**uis eo incōtinentior: qui libidinibus semper uacauit i merito rijs atq; fornicibus? **Q**uis eo sup̄bior atq; uanior qui sese audet praeferre dijs: uelleq; de omni laudis & auctoritatis genere cū omni cōtendere antiquitates? **Q**uis eo imanior qui crudelissime multos interemit: ut eos abutereſ patri monijs? **A**b hoc nihil est expectandum: nisi inique & per fide dictum.

Est autē diligenter curandū: ne pl̄xioribus uerbis: maxi moq; sententiarū apparatu exordiū transigat: ne uideat̄ callidus atq; uersutus in exordiando orator: & ex nimio apparatu paruam efficiat fidem: hoc modo.

¶ Exemplū de exordio nimis apparato.

Ego mihi patres amplissimi iam dudū in mente p̄posuerā nulla de re apud uos uerba facere: quæ nō essent omi ex parte ingenio laborata: doctrina exulta: diutiusq; elucubrata: quippe qui facile intelligerent q̄ sitis & disertis & sapientes ad quos nihil debeat afferri in cultū: nihil in elimatū: nihil insipidū. **Q**uobrem cum est onus hoc meis ueris demandatū: ut orationē funebrem haberē hoc loci atq; t̄pis: nolui quicq̄ ex improuiso p̄sequi: ad aliū de ferri malui munitis illud: at hunc mihi diē potius reseruari: quo parētalis habereſ in his anniuersarijs p̄ defuncto p̄cibus atq; supplicationibus. Interea uero t̄pis annus iā agit: maturius huic operā adhibui causæ: generis p̄pagationē dīdici: de cui⁹ sum nobilitate dicturus: uirtutes hominis accepi: discurre uolumina ueterū: & quid de mortaliū interitu: quid de animorū immortalitate iudicandū sit: intellexi. **N**ihilq; plane iā me latet: qd' uobis cōmode sit exponendum. Ita q; non dicetur hic quicq̄ improuidum: aut minus

RHETORICES

exquisitū: sed omnia consulto: omnia apparate. **R**em autē tantā aggredior: quātā antebac ausus est aggredi nemo: non orationem solum parentalem de mortis **S**empronij recordatiōe: qui fuit omni præstantissimus laude: sed de cōmuni hominū miseria: ut intelligat quibus simus i hoc orbe calamitatibus subditi. **P**rob deum atq; hominū fidē: quid sumus in hac uita homunculī: **Q**uibus trahimur casibus: **Q**uibus uexamur perturbationibus? **N**ihil hic stabile: nihil quod possum⁹ uno die nostrū existimare. **Q**uodq; Seneca inquit **S**eneca: **N**emo tam diuos habuit fauentes: crastinum ut possit sibi polliceri. **A**tq; ut **G**regori⁹ ait: **N**os continue morimur: & sicut aqua labimur. **S**unt tamen & huic luce functo p inuidiam aduersarij: qui nollent: si possent: bis anniuersarijs locum esse publicū: & cōuentum cōselsumq; hunc uestrum tam præclarum. **O** genus hominū nefariorum: qui ut pessimi sunt: sic omnis uelint fieri pessimos. **O** scelestissimos parricidas: qui ut iugulare cōsueuerunt alios: sic huius famæ detrabere cuperent hunc honoris modū. **S**unt omnium perditissimi: nequissimi: perniciosissimi. **A**t uos o patres nō nescio tales esse: ut non sitis huiusmodi bestiolis quicq; secundaturī: ubi semper uestrā in bonos pietatē: in officia humilitatē: facilitatē: benignitatē: in charitatis omne genus prōnā promptāq; naturam. **I**taq; iam mihi polliceor neq; impediturū hanc orationē inuidū & maliuolū fore quēq; nec uos minus attente auditures: q̄ si nunc aut **D**emosthenes aut **A**eschines dicitur⁹ accederet. **A**tendite igit̄ diligēter patres.

In hoc exordio sunt omnia bonis exordijs euitanda: hoc est ne sit prolixū: est em̄ profusissimū. **N**e sit in eo apparatus: qui pateat: **A**t nō solum hic est: sed esse declarat. **V**t non sint allegationes: ut hic sunt. **V**t nō sint structuræ longæ uerbis exquisitis annexæ: ut hic sunt: **V**t non sit supra dicta adulatio & iactantia: ut hic sunt. **V**t non sint colores sentētia: articulus: dissolutū: de qbus inferius diceſ: ut hic sunt. **V**t non fiat repetitio eiusdem sententiæ per diuersa

Fragilis & caducæ naturæ homo

Seneca in hercule funtenti **G**regorius

Quæ sint in exordio euitanda

PRAECEPTA ARTIS

uerba: ut hic fit: **S**ed contra sit apparans auditorū animos exordiū cū breui & modesta expositione summaria dicēdorū: & cū aliqua cōciliatione auditorū: hoc modo.

¶ Exemplū exordiij perfecti.

In materia
boni exor
dij

Cum essem hanc orationem funebrem habiturus patres amplissimi: ceppi non nihil subuereri: ne si quid minus ad uos afferrem elimatū uos offenderem: qui ut doctissimi estis omnes: sic ea soletis hominū excellentia delectari: quæ res semper afferat ornatissimas: & uerborū elegantia: & sententiarū pondere. **A**t cum esse uos humanissimos ac facillimos memini: uela constitui uentis delegare: uel sermocinationē hanc satis & improuisam & incultam adducturus: cuius errores potius correcturi sitis: q̄ me superbum existimaturi: qui uestris esse imperijs ausus refragari si negassem hoc loci dicere de clarissimi uiri **S**empronij **M**ediolanensis funere. **I**n hunc si quis uel sensit aliquādo: uel sentit adhuc male: is liuore perductus resipiscat: uos me audite: ut de uita morteq; tantū uiri dicens præmium cōsequar auctoritatis in me uestre pietate.

Partes in
exordio
possūt esse
longe trib⁹
de causis

Sed intelligendū est: q̄ hæ partes: aut harum aliquæ possunt diffusiores esse tribus de causis. **P**rimum cum oratio est longior: utpote in suadendo uel dissuadendo de pace uel bello. **S**ecūdo cum purgatio propriæ innocentiae facienda est: propter criminationē antea p̄ aduersariū factam uel propter opinionē per auditores conceptā. **T**ertio cū insinuandū est: hoc est pedetentim idem faciendū: quod in superioribus exordijs: sed occulte ob causas infra dicēdas. **O**mnium autē horum exordiorū: & tandē insinuationum: hæc sunt exempla.

¶ Exemplū in suadendo p̄ longius exordiū.

An bellum
uel pax sit
seruanda

Scio uos esse. **P. C.** uæbementer curiosos: bellū ne uobis cum finitimis agendū sit: an pax habēda: p̄ptereaq; multas ac uarias a senatorib⁹ sentētias expectari. **M**ibi quidē uidetur opus esse: ut primū optime de republica sentiant

qui ei sunt consulturi: tum uero ut nullis aut priorum
 comodorum capiantur cupiditatibus: aut priuatarum ini-
 micitarum recordationibus: at eadem semper in patriam
 pietate nihil habeant in oratione simulatum: nihil falsum:
 nihil dolo tectum: de uestra patres diligentia certus sum:
 at & de uestra sapientia nihil ambigo. **I**ntelligo enim quod so-
 leatis omnia mature consultiſſimeque transigere: quibus iu-
 ſticia: pietate patriaque charitate nihil antiquus aut famili-
 arius unquam esse potuit. **M**e uero fuisse non ignoratis assidue
 in re occupatum: quae reipublicae nostrae conductura: non
 qui multa ualeat: sed qui plurima uelim pro patria: pro qua
 quidem uel mortem oppetens nihil expleuisse me cense-
 am quantum debeo. **Q**uare si quid & ipse recte cogitarim:
 aut non impie prouiderim: quod ad pacem firmandam &
 diutius stabiliendam attineat: per deum immortalē tantil-
 lum attendite patres optimi: nec cuiusquam me impediatur cla-
 mor: qui aut mihi sit infensus: aut patriam habeat odio: aut
 uestra inuideat auctoritati: qui ut male senserit: facile sem-
 per cognitum ac perspectum est.

Exemplum exordij purgatiui.

Inimicum est me criminatus **B**aedas fuisse **A**lchibicij: nec
 quicquam huc in eum: nisi per inuidiam ac odium attulisse. **Q**ui
 autem innocenter semper uixerim: nec per ullam animi pertur-
 bationem quicquam ad uos in hunc locum attulerim patres
 optimi: uos testes aduoco: uestrisque iudicijs innocentiam
 meam ab ea criminatione cupio purgari: ut commodius mi-
 hi ad dicendum eadem in causa pateat aditus. **C**um is **B**aedas
 aetario praesesset: & aes publicum in suam arcam uertisset: accu-
 satoris in eum officio functus: qui reipublicae salua cau-
 sa nequitiam aliter facere. **T**um egi modestissime: nec eum
 passus sum crudeliter danari: negligentiae potius aut indulgentiae
 tunc accusandum nimiam: quam uel impietatis uel odij. **Q**uae pro re
 publica fiunt: nemo debet in se facta quaeri: ab eo praesertim

PRAECEPTA ARTIS

**Mineruam
docere**

ciue: qui maxime suæ patriæ debet: **N**unc in eundem ago causam meâ ciuilē quidē: nō capitalem. **H**æreditatē petij primā. **N**ihil se debere mihi dixit: a quo est alias capitis in iudicijs accersitus repetundarum. **C**ausa mihi est tam honesta: q̄ ei turpis. **C**ur uobis qui omnium estis æquissimam biguū uideat: pro me esse iudicandum? **N**on prosequar: ne quod inuentore dicit: uerbosus uidear **M**ineruam docere. **A**t ut estis non docti minus ac prudentes: q̄ iusti. **A**ttēdite per imortalem deū: quibus ego rationibus ac legibus mihi nō solum decernendū: sed plane decretā hanc hæreditatem arbitrer. **P**aucis admodū me absoluā: nec quicquid iccirco hac in re tangam: quod uos ulla ex parte latere posse ducam: sed ut aduersari⁹ audiat: quæ non intelligit: cognoscat: quibus argumentis moueri solent ad iudicandum utri docti & sapientes.

**De insinua/
tione secun/
da parte
exordij**

¶ De insinuatione.

In insinuatione seruant eadem: quæ & in reliquis exordijs: sed quā nequit anim⁹ auditoris statim & recte ad audiendum apparari: fit pedetētim & indirecte: quā causa turpis est: aut auditor est persuasus ab aduersario: aut defatigatus audiēdo: & fit fingendo uelle aliud dicere: q̄ quod dicendū est: quādo causa est turpis: & paulatim descendere ad rem: quādo autē est persuasus: cū aliqua uæhemēti criminatione de aduersario: cū autē est defatigatus cum aliqua fabula: cauillo: uel facetijs: hoc modo.

¶ Exemplū de insinuādo apud auditorē in causa turpi.
Non nego princeps optime plurimū errasse **G**aium: qui tuā læserit maiestatem: esseq; tantū nefas acerbissime plectēdum: in eumq; debere nō te solū uæhemētius animaduertere: sed uniuersum hūc populū omni telorū genere irruere. **Q**uid em̄ cōmitti pōt a quoq; scelerati⁹ aut importunius q̄ si quid in principem cōmittat: præsertim adeo per humanū atq; pbenignū: a cui⁹ incolumitate omnis nostra pendet incolumitas: Id ut nefariū est sceleris genus: ita in nullo tolerādum. **V**erum ubi tuam soleo mecum animo.

uoluntate misericordiã in omne hominũ genus: a quõ cru-
delitas maxime abest: nequeo nõ existimare: de eius uita
apud te posse fieri uerba: qui cum p se nihil promeruerit
omnia demeritus sit: per sui tamen generis nobilitatẽ: uir/
tutem ac gratiam: possit sperare non nihil. **L**ælium absol-
uisti qui longe fuit peior ac insolentior. **A**t hic ea familia
cretus est: quã tibi fuit semper iucundissima: eo patre na-
tus: qui tecum nõ paruam consuetudinem nactus est: eo
socero uiuit: quem amas plurimũ: itaq; cum nihil afferre
ualeat: qd̄ audiendum sit: ad iudices: at ad facillimũ prin-
cipem: & suorum amantissimũ nihil non audiendum affe-
rat. **A**tende igitur dux optime: ut non quis sit **G**aius hic
uir hoc casu pessimus cognoscas: **N**osti enim nõquid gra-
tiã mereat: demeret enim omnẽ indulgentiã. **S**ed quid
sui dicant agnati: cognati: affines: omnesq; ppinqui: quos
semper audis mãsuetissime: admittisq; iucundissime q pec-
carunt in te nihil unq̄.

¶ Exemplũ insinuandi: auditore p̄suafo.

Fuit **G**aius hic uir bonus o princeps optime apud regem
Gallorum: non minore auctoritate quondam & gratia: q̄
apud te sit. **C**um accepisset pecuniã a **C**olomella quodam
Lugdunẽsi mutuam iamq; restituendi tempus imineret:
Colomellã accusauit homicidij: **C**æsus iueniebat homo:
testes habebat paratos **G**aius: qui græcorũ more testimo-
niũ darent mutuũ. In iudiciũ iuit: couicit **C**olomellã: coe-
git damnari. **N**am & torqueri coegerant testes: damnat⁹
exclamat: superosq; inuocat testes. **M**iraculo quodam fa-
ctum est: ut uox in plebẽ facta sit: capiendũ **G**aiũ: testesq;
quæstionãdos. **D**iffugit accusator: **D**iffugiũt improbi te-
stes: **C**ulpã detegũt absentes: ductiq; cõscientiã metu: **L**i-
berat **C**olomella. **Q**uid si hic quoq; probabit o dux opti-
me: **G**aium hunc assuefactione malorũ minime pudentẽ:
eodem genere criminandi hoc temporis in hũc **S**empro-
niũ esse nixum: **I**taq; non tã res ipsa cõsideranda sit primũ
q̄ accusatoris cõditio. **A**ccusati uita: mox ad rerum argu-

Gracũ testi-
monium

PRAECEPTA ARTIS

mēta deueniendū: ut aliter longe rem habere intelligas
q̄ probatū sit hactenus: utq; a uictō uictor facillime supera
ri possit. **Nam** q̄ ipse sis prudens: q̄ rerum humanarū peri
tissimus: omnes scimus: & q̄ mature soleas consultoq; om
nia prouidere. **Me** uero nō ignoras: nunq̄ mentientē ad
te ire: multo nunc minus.

¶ **Exemplū** insinuādi ubi est auditor defatigatus.

Terra gigā. **Cum** peperisset: ut poetae fabulant: **Gigantes** tris **Tellus**:
tes procrea ut **Phaetontis** iniuriam in deos ulcisceret: nec quicq̄ pra
uit & tandē ualuisse: enixa est tandem simiam: quae superos cum to
simiā

nitruis fulminibusq; uacarent: irrideret. Itaq; fraterculus
ille gigantum: ubi caelum misceri audit: ore in aerem uer
so: dentibus labijsq; biascens debacchaet in **Iouem**: **Id** est
hoc loci noster hic aduersarius delphino tortuosior: gib
bosior monstruosiorq; secutus: qui cum alia nos nulla de
primere posse uideret uia: in prolixitate sermonis eousq;
lapsus est: ut ad dicendū apud defatigatū audiendo prin
cipem nihil nobis reliquerit temporis. **Nil** dixit quod ad
causam attineat: & multa tamē est frustra profecutus: cre
dens eo se pacto: ut simia in superos irridendo uersari: qd̄
si tuam animi moderationem considerasset: nunq̄ attigis
set. **Es** enim omnium & prudentissimus & æquissimus: nec
potes audiendis etiam profusius loquētibus bestiolis de
cipi. **Nam** **Alexandri** more: cum quicq̄ ab aduersario di
citur: una oclusa quidē aure: dicis eam te absenti aduer
sario seruaturum: ad quam: ut certo scio: mihi seruatae:
pauca prosequar.

Alexander
magnus

Ne cōmu
ne sit exor
dium

Vulgare
impropriū

Sciendum est autē: euitari uahementius oportere in ex
ordijs: ne sit exordiū cōmune: hoc est: quod possit in om
nes causas cōmuniter cōuenire: sed proprius uideat eius
causae. **Ad** hęc autem ne sit uulgare: hoc est: quod solet a
pluribus tractari. **Ad** hęc uero ne sit impropriū cum cau
sa: hoc est: quod non sit insinuatio si oportet: aut prœmiū
hoc modo.

¶ **Exemplū** de exordio cōmuni.

Dicturus sum o patres amplissimi de ijs rebus: quas admirabimini: quippe raris & inusitatis & uobis iucundissimis. **A**ttendite modo perhumane: censeteq; me uirum esse: quod nesciam: nec mentiri: nec assentiri. **V**os autem non ignoro tales: ad quos nihil sit afferendum incultum: nihil non elatubratum diligentissime.

Exemplū exordij uulgaris.

Demosthenis Ciceronisq; opus esset hoc die nobis eloquentia: ut magnitudini rei de qua mihi dicendum est satisfacere possem. **A**t ego apud uos dicturus uiros doctissimos ac disertissimos undiq; titubo: palleo: tremo: ac labesco: nescio quid potissimum auxilij mihi sperem: cum elinguis pene sim: aut quid potius laudis non desperem. **S**ed si hoc muneris uestra sim tandem benignitate consecutus: ut me perhumane audiatis: spero non nihil uestra recreatum gratia in medium allaturum: quod uobis non erit in iucundum. **A**ttendite igitur per deum immortalē: attendite ut audiat uestra prudentia & auctoritate rem dignissimā: quam tenuoribus uerbis & minus elimatis prolatā.

Exemplū exordij non proprij.

Estis uos quidem o iudices ab aduersario persuasi: qui nequissimus omnium est: at ego uobis dissuadendum esse dico: ne quicquam credatis ei qui nunquam mentiri desijt. **A**ttendite modo diligenter: quid dicam cum nihil sim allaturus in medium non uestro consilio dignum.

Sciendum est autem: cum tria sint causarum genera: quæ **T**ria genera tractari possint a quocunq; uel scribente: uel dicente: hoc **r**a causarum est: demonstratiuum in laudem uel uituperationem positum. **D**emonstratiuum **D**emonstratiuum Deliberatiuum in suadendo aut dissuadendo collocatum. **V**nū **D**eliberatiuum **D**eliberatiuum tamē est: quod semper tractatur: demonstratiuum scilicet. **I**udiciale **I**udiciale **N**am in iudiciali quem accusant: uituperant: quem defendunt laudant. **I**n deliberatiuo aut suadendo rem laudant:

PRAECEPTA ARTIS

Materia
q̄druplex
Honestā
Turpis
Humilis
Dubia

diffuadendo uituperant. **Sed** materia potest esse quadruplex: **Aut** honesta si pro uiro bono contra malū: uel si de nuptijs epithalamion: de funere epitaphion: de religioe: pietate: & omni laude. **Aut** turpis: si pro malo contra bonū: uel si de libidine: de aliquo uitio. **Aut** humilis: ut si de causa uili: ut de laudibus coquinariae uel factoriae. **Aut** dubia: ut si partē habeat honestatis: ptē turpitudinis. **Si** causa est honesta: est aperte pcededū in exordio modo quo supradictū fuit. **Si** causa est turpis: est insinuandum: ut superiorib⁹ exemplis patuit. **Si** causa est humilis: est amplificandum exordium exemplis similiū causarum. **Si** causa est dubia: est exordiendum ab ea parte quae honestatem cōtinet: ut si uir bonus cōmisit scelus: exordiemur uiri naturā: nō unius erroris sordem cōsiderandā.

¶ Ubi abstinēt exordio.

Quandoq̄
exordio nō
est opus

Sciendum attē q̄ in plarib⁹ causis abstinemus exordijs: hoc est: qñ adeo est honesta causa ut exordio nō sit opus: ut si de religioe: de pietate &c. dicatur. **Item** ubi apud senatum agit uel principem in causa: in qua sapius dictum & redictum est. **Sed** animaduertendum est: q̄ licet nō sit opus exordio: potest tamen ubiq̄: ubi uel argumentatio: uel res agit uerbemens rogari auditor: ut attente audiat: & demonstrari oratorem eius fidere sapiētiae. **Nam** licet locus captandae attentionis & beniuolentiae nō sit pprie nisi in exordio: diffundit tamē p omnes oratiōis partes.

¶ De narratione.

De narrati-
one

Deinceps de narratione considerandū est: quae summaria quadā est expositio rei gestae: non tamē adeo summaria & breuis ut in attentione seruat. **Nā** ibi dumtaxat exposcit p docilitatem quadam: quae auditore faciat attētum: ut si dicat: **De** religionis hoc die dicturo mibi laudib⁹ quae sufficient uerba: quae sentētia: In narratione uero breuiter & aperte: & uerisimiliter exponitur causa: & quare illo die a loco tractanda sit: hoc modo.

¶ Exemplum narrationis.

RHETORICES

Hic dies cōcilio religiosorum designatus est. Itaq; in hunc locum nobis cōueniētibus qui religioni uacamus: iure ac merito nō nihil esse dicendum de religionis laude: præfēto huic integerrimo nostri ordinis uisum est hoc munus ad me collatum: eius mihi summam sunt partes trāsfigēda. Debet autē esse narratio breuis: ut superius attigi: diu lucida & uerisimilis. Breuis ideo dico: ne terat frustra tempus cū nihil adhuc de substantialibus dicat: sed dicturū se profiteat. Aperta uero ut nihil dicat confuse: ne animus auditoris incertus ab audiendo distrabat. Verisimilis autē quia etiam res uera sine uerisimilitudine dicta fidem non faceret: ut si dicatur uirginē peperisse: & non dicatur quomiraculo factum sit: absolute fidem non faciet. Et in hoc maxime animaduertendū est: q̄ narratio non habeat aliquid contorūū: aut idem repetitum: aut diffusum: aut obscurum: sed structuras habeat breues: & crebras: & quasi per enumerationē procedentes: ita ut quid sit dicendum potius appareat q̄ quid dicat auditores attendant. Est mala narratio longa: hoc modo.

Narratio

Breuis

Aperta

Verisimilis

¶ Exemplū de longa narratione uitiosa.

Magna res est profecto patres optimi: de qua uerba sim bodie facturus: & tanta quidem ac tam grandis: ut nullius uel disertissimi oratoris lingua rei amplitudini satisfacere queat. Agitur enim funus mœroris plenum. Agitur cōmunis totius urbis luctus. Agitur de publica ciuitatis potius: q̄ priuata domus calamitate. Obijt diem Lælius uir maximus urbis primas: ciuitatis propugnaculū. Obijt diem Lælius omni laude cumulatus. Obijt is a cuius incolumitate omnis pendebat ciuiū incolumitas: & cuius obitu omnes obijisse dici possumus. Proh deum atq; hominū fidem: quis hoc animaduertebat erūnæ genitrix? Quis hunc puidebat casū? Quis huc poterat cōuertere oculos? Obijisti tu tandē Læli: Obijt asyli reipublicæ tutor: Obijt fautor atq; p̄tector noster. Hic dies lugubris ē eius epitaphio designatus. Ego decretus sum: qui & laudandæ illius uitæ mortis locū impleā

PRAECEPTA ARTIS

& nos consolet. **A**t ego consolandus qui pote cum nihil habeam solatij: possim quod in me non est in uos conferre. **O**mnes hic sumus ad luctum paratissimi: a cōsolationis omni genere alienissimi. **A**t dicam tandem: ne munus ad me collatum uidear euitasse: & eo dicā breuius: quod uel longius ac prolixius consolando dicens: nihil uel mihi uel uobis proficere possem.

¶ De diuisione seu partitione.

De sex partibus epistolarum.

Post narrationē in oratione: quā omnia complectatē artis praecepta: sed statim succedit diuisione: quam aliqui partitionem appellant. **¶** Et sciendum q̄ ex sex partibus integræ orationis: hoc est: exordio: narratione: diuisione: cōfirmatione: confutatione: cōclusionione. **T**res habent apparatus dicendorum: hoc est: exordium ad cōciliandos auditorū animos & apparandos ad audiendū. **N**arratio ad aperiendum & rei rationem & temporis causam. **D**iuisio ad partiendum materiā: ut sit attentior auditor ad ea quā dicenda sunt. **D**uā sunt expositiue rei: hoc est: confirmatio succedens diuisioni: & cōfutatio diluens uel expressas uel tacitas obiectiones. **V**ltima uero: hoc est: conclusio est eius complexiua quod suadere aut dissuadere nitimur. **I**dem obseruant iuriconsulti qui in cōsultando: primū utuntur quadam præfatione mox exprimendo casum enarrāt: tū dubitationes exponendo diuidunt: dehinc ad unāquāq; dubitationē respōdendo & allegando confirmant: dein de obiecta confutant: ultimo concludunt quid petat q̄q; iudicandum sit. **I**dem prædicatores tenent: ut p̄positione thematis exordiant: quare illud thema potius eo die p̄sequenē declarando narrent: tum de quot partib⁹ dicturi p̄ponendo diuidunt: ad hęc unāquāq; partē enucleando confirmant: tum uero si qua uel obiecta sunt uel obijci possunt: confutant: ultimo concludunt sic aut sic esse faciendū. **¶** Diuisio autē hęc neq; plures q̄ tres i partes distinguere debet nec in pauciores: ne si i plures: tediu audituris afferat & de eis sit fastidio: si in pauciores: non confundat

RHETORICES

eorum mentes.

¶ Exemplum bonæ diuisionis.

Et cum mihi de uita morteque Lælij dicendum sit: tria dumtaxat perinde: ac pcurriendo complectar. Quæ fuerit huius ab ineuntibus annis institutio: Quis totius uitæ deinde progressus: Quis tandem mortalis huiusce uitæ finis: Ut intelligat obijssene tantus uir: an potius adhuc uiuere censeatur.

¶ Exemplū malæ diuisionis.

Iam igitur in hoc funere mihi dicendum est: quis fuerit ipse Lælius de quo hic agimus. Iam uel inuitus huc prouebor deleganti uela uentis: sex mihi considerata sunt uerbis fortasse proluxioribus: sed re certe breuiora. Horum aliud erit in huius familia cōstitutū: ut intelligat quibus hoc funus mœstū sit. Aliud in parentū luctu decretū: ut uideat quāti sint precij q̄ hoc filio sunt orbatī: Aliud in eius educatiōe ac uita progressu: ut cognoscat q̄ & ipse bonus esset & bene afficeret uniuersā hanc urbē: Aliud in eius dignitatibus ac titulis: ut teneat q̄ placerēt eius mores principibus cūctis: Aliud in eius doctrina: ut exprimat q̄ esset omnibus bon⁹ & utilis & necessari⁹: Aliud autē in eius obitu: ut accipiat quāto nos cōfecerit dolore.

¶ De confirmatione.

At confirmatio totuplex debet esse: quotuplex diuisio: hoc est: unaquæq; partitionis pars debet cōfirmationem habere ppriam: Verbi gratia: Si dictum est in partitione dicendum est de Lælij educatione: in cōfirmatione dicatur hoc modo.

¶ Exemplū bonæ cōfirmationis.

Et cum de Lælij educatione primo loco mihi dicendum sit: attendite obsecro patres optimi q̄ sit educatus permodeste. Quod attinet ad nutrimentū: ijs cibus educatus est: qui bus aleret: ac uiueret: non quibus uoluptatis sordes pararentur. Non enim ad incontinentiam est educatus sed ad omne modestiæ genus. At moribus ijs certe: quos rari so-

PRAECEPTA ARTIS

lent adipisci: quibus & uita iucundior est: & laus diuturnior. **D**idicit modū in omni seruandū esse uita. **I**n admodū puer uigiliat: sobrietati: pudicitiae usque adeo incubebat: ut in ediam: algorem: æstum nō metueret: adeo ut maiores natu superare uideret: disciplinæ uero militari tã paratus ac accinctus erat ut **M**arte natus censerī posset: tolerantia singulari adolescens: & periculorū nō timidus: laborum nō fugax. **H**æc huius educatio tã tenax uirtutis atq; probitatis q̄ alia uoluptatis atq; maliciæ.

¶ Exemplū malæ confirmationis.

Ne autē singula prosequar: uno dumtaxat uerbo sex illa complexus declarabo: quantus hodie nobis amicus: suis uero filijs ac propinquis sublatus sit. **N**am **L**ælius generosa familia cretus optimisq; parentibus natus: educatus est modestissime: famam optimam propagauit: sibiq; dignissimus ac nobis utilissimus fuit: nec nobis minus summa cū laude: q̄ sibi diem obiit. **C**ur est tot titulis ornatus: quia uir clarissimus fuit. **C**ur tam eum celebrabant docti: quia uir doctissimus fuit. **C**ur tam eum lugemus omnes: quia erat nobis eius uita plurimū necessaria. **V**ir inquā fuit per paucorum hominū: omnibus charus: cunctis dilectus: omnibus uenerabilis.

¶ Sciendū igitur q̄ cōfirmatio ut debet esse aperta & rationibus referta: ita minime confusa: ut simplex complexaq; partem & argumēta partis sub qua iacet: ita nō multiplex cum partibus aliarum partium: quibus aliæ debent seruire cōfirmationes: & artificiosa in argumēto: aut perfectio: aut mediocritas: aut minimo.

¶ De argumentatione.

Argumentatio autē omnis ea est ratio: in quam uis cōfirmandi: aut cōfutandi distribuitur. **E**a est aut perfecta: & sic distributa in quinque partes: hoc est: in propositionem: rationem: rationis confirmationem: rationis exornationem & complexionē. **A**ut mediocritas: & sic diuisa in propositionem: rationē: rationis cōfirmationē & complexionē. **A**ut

Argumen/
tatio.
Perfecta

Mediocritas
Minima

RHETORICES

minima: & sic tripertita in ppositionē: rationē: & cōplexi
onē. Est autē ppositio caput & fundamentū argumētatio- **Propositio.**
nis: qua pponimus: quid arguere uelimus: quæ a logicis
solet hodie maior appellari: hoc modo.

¶ Exemplū ppositionis argumētationis.

Nemo negat deberi supremos illis honores qui cū & uiri
fuerint boni & urbi iucundissimi: diē in negocijs suæ ciui-
uitatis ultimū obierūt. At ratio secunda est argumētatio-
nis pars: qua probat ratione: quod in ppositione ppositū
est: hoc modo.

¶ Exemplū rationis argumētationis.

Nam nisi honoraremus huiuscemodi uiros: & ingrati ui- **Ratio.**
deremur iure ac merito: & nemo bonus apud nos esse di-
utius uellet. Tum ratiois succedit cōfirmatio: quæ ampli-
ficat rationem ipsam: ut apertius intelligat id quod pro-
bandum est.

¶ Exemplū rationis cōfirmatiōis argumētationis.

Quanta uero esset ingratitudo: quā nefaria pestis: quam **Rationis:**
euitaturi forent omnes boni: ut in eos fuerimus mali qui **cōfirmatio**
fuere non in alios solū omnis sed in nos ipsos multo magis
optimi: Hoc ut & abominādum esset & inauditū sceleris
genus: ita detestandū & execrandū omnibus: ita nemini
tolerandū. Continuo conuenit exornare rationē ut pro-
fusius ea quidem amplificet: & sic magis atriditoribus per-
suadeat: hoc modo.

¶ Exemplū rationis exornatiōis argumētationis.

Accedit huc etiā non fama solū: sed uiuendi ratio: sed hu- **Rationis:**
manitatis cōsuetudo: sed ppria cuiusq; utilitatis causa qb⁹ **exornatio**
minime seruiret usq; si essem⁹ in eos ingrati: qui fuere uiri
graves: & in patriā pientissimi. Nam famā certe quarere-
mus pessimā: nec malā minus q̄ **Diomedes:** qui homines **Diomedes**
dabat armētis pabula: uel **Busiris** q̄ hospites apponebat **Busiris**
altaribus: uel **Lycaon:** q̄ eos obrūcans comedebat. Non **Lycaon:**
enim minus male agitur: si negligitur funus: q̄ si eripitur
functi uita: cum in eripienda uita uel metus possit esse cau-

PRAECEPTA ARTIS

Virgilius sa uel odium: ut illud est **Virgilij**. Aut odium crudele ty-
ranni: aut metus acer erat. In negligendo aut funere nul-
la q̄ ingratitudinis supersit causa. Tum nemo laboratur⁹
esset: ut comoditati conducatur nostrae. Cū uideret quales
fuerimus in reliquos. Quid sibi sperandum sit in uita: non
ignorat: cū in morte nihil sperare possit. ¶ Statim succe-
dit cōplexio: & cū ratio ea sit quae a logicis dicitur hodie-
nis: minor: complexio ea est quae conclusio ab illis appel-
lat: quae cōplectitur atq; concludit summam ex supradic-
tis ita sentiendū: ut propositū est: hoc modo.

Cōplexio ¶ Exemplū cōplexionis argumētationis.

Gobrem cum **Laelius** uir optimus fuerit: & nobis utilissi-
mus: & officiosissimū sit taliū funus honorare: ingratissi-
mū autē silentio praeterire: iure optimo constitutū est su-
premos pietatis honores huic exhibere funeri ut & nos
semp amādos: iuuandosq; cuncti prouiores sint: & ad uir-
tutē facilius inflamment.

¶ Cum autē est causa breuior: ut in epistolis familiaribus
aut in orationibus habentibus gratias: Argumentatio est
quadripertita: aut triper tita: hoc modo.

¶ Exemplū argumētationis quadripertitae.

Animus certe bonus: si referre gratias acceptis nequit of-
ficijs: at habere potest: ac agere debet. Quis enim in non
explendo pro uirili sua officio uir aut bonus: aut æquus
appellandus est? Nam qui pro animi superbia sibi censet
non officiose factum mun⁹: sed debitum esse: is est ab hu-
manitate alienissimus: potiusq; in bæluarū cœtu cōnume-
randus: q̄ inter homines collocandus. ¶ Si & bonae men-
tis est officijs habere gratiā & inique ac afferre non habe-
re: nō debemus tibi solum: & habemus: ac agimus grates
sed cupimus referre posse. Continuo succedit argumē-
tatio triper tita in epistolis & orationibus breuioribus: ut
in nuptialibus: & pontificum ac principum ingressu: aut
primo aditu.

RHETORICES

¶ Exemplū argumētionis tripertitæ.

Cum deberem ad te ire optime princeps: tum etiam hoc plurimū desiderabam. Quis enim: cui tantillum sit ingenij se totū non debet tuæ diuinæ potius q̄ humanæ uirtuti: Quis autem cum debeat non desideret pariter præsentem te intueri: quasi naturæ quoddā in terris simulacrū? Itaq; cum & officio meo simul & cupiditati uidendi tanti principis satisfacturū hoc aduentu uiderim: accessi: supplicaturus nihil aliud q̄ ut me ames.

¶ De cōfutatione.

Confutatio nihil habet aliud artificij: q̄ quod est expressū De confu-
in confirmatiōe: respondet & confutat obiectiones: hoc tatione.
est: si quis obiecerit aliquem esse litterarum ignarum confutatur: hoc modo.

¶ Exemplū confutationis.

Ignarum me dixit litterarum: quasi possit recte quicq̄ de litteris hæc bælua iudicare: q̄ a bonis artibus alienior semper fuit: q̄ ignis ab undis. Adhibui ab ineuntib⁹ annis usq; diuturnam bonis litteris operam: nec id quidem coactus nec inuitus. At ultro sponteq; tam libens: q̄ cum esuriens cœnabam: Videbā enim q̄ nihil in uita mortalium foret cum litteris comparandum: quæ & uiuis præsto essent: & famam laudeseq; luce functis suppeditarent. Quomodo ergo uel ignarus esse potest: uel nō doctissim⁹ ille plane: qui natiuo quasi munere: litteras cum lacte hauserit imbibitq; ac ijs maximopere delectat⁹ nihil omiserit quod ad earum quærendam rationem attinuerit. ¶ Succedit nōnunq̄ amplificatio per enumerationē: & hoc fit q̄ est oratio pfectissima: & ne orator esse prolixior duceretur: breuius & confirmauit & cōfutauit: sed aut de argumētatione aliquid superest quod amplificat: aut de confutatione aliquid restat quod recriminat: hoc modo.

¶ Exemplū amplificandæ cōfirmationis.

Prætermisi consulto ne prolixior fierē ac uobis tediosior

PRAECEPTA ARTIS

patres amplissimi: quantis hic **L**aelius in ætate admodum puerili floruerit exemplis modi atq; modestiæ: q̄ fuerit æqualibus quasi præceptor & morū institutor: maioribus natu admirabilis: minoribus uenerabilis. **N**ihil dicebat in/ sipide: nihil ridebat scurrile: nihil faciebat indignum facti recordatione. **A**pod quot fuit urbū populos in summo quidē honore: **A**pod quot principes iucūdisim⁹: **A**pod quot diuersarū bonarū artium tam colendus q̄ admittendus: **Q**uotiens magistratus exercuit æquissime: quotiens in patriam redijt honoratissime: **C**um aberat: fama ferebat elegantissima: cum aderat: gloria spargebat iucūdisi/ ma: **N**ā & absens consultissime: sapiētissime: fortissimeq; uiuebat: & præsens nihil temere: nihil in sipide: nihil mol/ liter uel agebat: uel dicebat: uel deniq; cogitabat. **H**abet autē hæc amplificatio structuras crebras: cum sentētiosis ac grauib; uerbis: ut enumerare potius uideat: q̄ uel re/ petere: uel diffuse aliquid prosequi.

Exemplū cōfutationis amplificadæ p̄ recriminationē. **S**ed ne gloriæ hic belluo nebulos; p̄nciosus ac unicepe/ tulans: quicq; in me protulisse quod me mordeat: postea q̄ ad ea respondi: quæ obiecit manifestos; declarauī: q̄ iniq; dixerit: q̄ abiectus nobis: q̄ impius uideat patres amplissi/ mi si recriminor hominē impurissimū: sed cogor hæc an/ gustia temporis cōticescere. **Q**uod si dicerē: obstupescere uos cogerem: quod acerbissimus parricida me audeat accusare ignorantia. **N**am si nescirem litteras: id accusati/ onis genus nihil p̄tineret: cum me dicat non admittendū prætorem: quod iniquus sim: iniquitatis quēq; arguit: qui parricidium adhuc habet ante oculos: **A**pod omnes hic fuit semp in dedecore. **N**ullius familiaris diutius fuit: quē non fraudarit: **D**ecoctorē hunc appellant omnes sui: præuaricatorē alieni: dolosum singuli: nihil cogitauit unq; bo/ ni: loquit̄ nihil non p̄plexe: uafre: callide: maliciose. **V**ersi pellis est penit⁹: ac eiusdē rei simulator atq; dissimulator.

De cōclusionē generali & de epilogis.

Quæ sit dicenda generalis cōclusio: & qui sint epilogi: particulares in quâ conclusiones: quæ peroratiōes apud nos appellantur: & quo ab amplificatiua peroratione differat quæ solet dici peroratio p̄ amplificationē & enumerationē: est nobis diligenter considerandum.

Conclusio em̄ est terminus orationis: q̄ cōplectit̄ breuiter ratiōes in uniuersa oratione tractatas: & id quod ex illis inferē: ac ab eo qui orauit impetrari quærit. **E**pilogus aut̄: hoc est peroratio est particularis conclusio: nō totius orationis sed alicuius orationis mēbri. **N**am si oratio uniuersa ē quali corpus: sex illæ supradictæ partes: hoc est exordiū: narratio: diuisio: confirmatio: confutatio & conclusio sunt quali membra illius corporis: & quæ hisce singulis membris singulæ cōpetunt conclusiones: appellantur epilogi seu perorationes. **E**t ita **C**icero dicit quattuor locis conclusionibus utendū: sc̄dm̄ exordiū: sc̄dm̄ narrationem: secundū firmissimā argumentationem: & secundū conclusionem.

Exemplū epilogi sc̄dm̄ exordium.

Cum igitur & honesta sit res a me dicēda: & talis quæ uestra sit auditione dignissima patres optimi: quāto sim breuius dicturus: tam uos audite diligentius: ut quid uestra sententia reportare queam: non sperauerim solū: sed sim assecutus.

Exemplū epilogi sc̄dm̄ narrationē.

Quare cum dies ad dicēdū me inuitet: & dignitas causæ uos ad audiendū patres optimi: & ego sim dicturus q̄ breuissime: satis me hac oratione cōsecutū arbitrabor si nihil dixero: quod & hoc loco & uestra præsentia fuerit indignum.

Exemplū epilogi sc̄dm̄ firmissimā argumentationē.

Itaq; cum & bonus uir **L**ælius semper fuerit: & in patriam pientissimus: & omni laude cumulatissimus: debet tantū honoris uel hac luce functus consequi: quātū nec eius bonitati sit denegādum: nec dedeceat patriam: nec ab eius

PRAECEPTA ARTIS

fit alienum laudibus.

¶ Exemplum epilogi scđm conclusionē.

Cum ergo uobis manifesto constet potius uiuere: & uere quidem uiuere: q̄ diē obijisse Lælium: nedum non esse laudandum nobis existimo: uerū etiā ridendū: lætandū: exultandūq; uabemētius: q̄ ex his terrenis tenebrarū latebris in æternæ claritatis splendorem peruectus: nobis est futurus apud deum optimū maximū perpetuus procurator.

¶ Exemplum conclusionis generalis: cuius superior epilogus fuit conclusio exemplificata.

Audistis patres optimi: q̄ fuerit elegāter ab ineuntib⁹ annis usq; institutus Lælius ad omnē ingenij adolescentis indolem: q̄q; profecit assidue omni uirtutis genere ad omnē laudis gratiā cum maxima cunctorū & suorum & exterrorum admiratione: utq; tam præclare: pie: religioseq; diē obierit: q̄ præstanter: prudēter: iusteq; uitā assidue degerit: utq; nemini dubiū esse possit hunc ad superos redijisse unde fuerat ad nos demissus: & quo cunctos suos cogitatus continue dirigebat. Quo fit ut de eius uitæ mortisq; recordatione sedet mœror uester suapte natura: nec tam censeatur perijisse: q̄ uiuere Lælius: cum eo profectus sit: ubi uera est: non fucata uita. Reliquū est: ut quando aperitissime declaratum est: Lælio nihil operati⁹: nihil commodus contingere potuisse: non solum non feramus moleste quod ei iucundissimum est: sed sibi gratulemur: nobis autem hac ipsius digressionē gaudeamus: cum & ipse cū cælo terras mutarit: & uana quæq; mortalium pro æterna beatitudine: & nos apud superos procuratorem: auctorem factoremq; nacti simus consiliorum operationumq; nostrarum.

De colorib⁹

Sciendum q̄ quidā sunt progressus tractusq; uerborum ac sententiarū qui solent apud nos colores appellari: quibus scilicet ueluti colorib⁹ imagines: ita orationes ornata quodam poliuntur. Ex quibus qui solent esse magis in usu hi sunt.

¶ Exemplū coloris similiter desinentis in tempore: mo/
do: uoce: ac natura uerbi: sed raro. **Desinens**

Ego te plurimum amo: tuos uāhemētissime obseruo: cæ/
teros ex tuo genere sūmope colo. **Vel sic.** Quis est **Læli**^o
quem plurimū ob generis nobilitatē amaui: **Quem** uābe/
mentius ob eius uirtutes obseruaui: **Quem** ob charitatē
in patriam summopere semper laudaui:

¶ Exemplū coloris similiter cadentis in eodē casu eiusdē
generis & declinationis: sed raro.

Quē dicis amādū: **Læliū.** Quē asseueras laudādū: **Læliū.** **Cadens**
Quē affirmas i cælū sūmis tollēdū esse uocib^o: **Læliū.** **Vel**
sic. **Quæro** q̄s sit in hac urbe bonus: **Lælius.** **Posco:** quis in
hac regione sit iustus: **Lælius.** **Mecū** animo uoluto: q̄s hic
sit doctissimus: **Compertus** est mihi solus **Lælius.**

¶ Exemplum articuli in uerbis pluribus eius fere uigoris: **Articulus**
expositis cum periodis: & crebro.

Quo te magis mecum ipse contemplor: hoc magis ac ma/
gis afficior tuæ laudi: uirtuti: probitati: pietati: sapiētix: san/
ctimonix. **Vel sic.** Omnes una eadēq; uoce te dicūt: prædi/
cant: admirant q̄ bonū: integrū: castū: prudentē: constan/
tem: fortē: iustū: grauē: incōcūsum: piūm. **Dissolutū**

¶ Exemplū dissoluti in cōstructionibus uarijs eiusdē fere
uigoris: expositis cum periodis: & fiunt crebro.

Tuos omnis semper dilexi: **Tibi** plurimum afficior. **Ex** te
natos summa prosequar pietate. **Admirabor** assidue tuas
laudes. **In** omnē rem tuā præsto me paratissimū inuenies.
Quod ad te attineat nihil negligā. **Neq;** dignitati: nec uti/
litati tuæ deero unq̄.

¶ Exemplū coloris exempli in rei antiquæ summaria reci **Exemplū**
tatione ad magis persuadendū: nō nisi in argumētis.

Vt **Dauid** dum filius morbo laborauit: fletu precatus est **Dauid**
deum q̄ mederi poterat: ubi diē obiit: purpurā induit: dei
sele accōmodans uoluntati: sic nos debemus: quādo nihil **Hercules**
omissim^o dū uixit: posteaq; ad superos **Lælius** rediit: æqua **Bulirim**
mēte ferre quod a deo institutū est. **Vel sic.** **Vt** **Hercules** domuit

PRAECEPTA ARTIS

domuit **B**ulirum: sic te domabit **H**ercule nō inferior: q̄ su-
peras imanitate **B**ulirum.

Sententia ¶ **E**xemplū coloris sentētiae uæhemētis ad p̄suadendū.
Non est em̄ minor in homine laus: q̄ philosophus studue-
rit fieri: q̄ si discere curauerit philosophiā. **S**unt em̄ aliqui
philosophiæ studijs clari: qui cum multa & teneant & do-
ceant: se ipsos ignorant. **A**t qui uitā agunt philosophicam
sunt in quibus unq̄ est uera gloria defutura.

¶ **E**xemplū similitudinis.
Similitudo **U**t asinus solet suo ruditu omnē metri musicā consonan-
tiam: sic tu quidem tuo isto ignorantiae sensu omnem me-
tiris aliorū doctrinā. **V**el sic. **N**on ē in te fabulosum qd̄ de
simia dicit: quæ quo altius progredit: eo magis sua dete-
git pudibunda. **Q**uo em̄ tibi plura tribuis: eo magis & uæ
cors diceris & uæ sanus.

Circuitio ¶ **E**xemplum coloris circuitiōnis: quæ rem unam uel uita:
uel titulo: uel cognomēto: uel aliqua exprimit proprieta-
te crebra in poetis.

Hercules **Q**ui corona populea: tergoreq; cleonei leonis: ac claua
delectatus est: ei: qui humeris cælū sustinebat succedens:
ea sustulit mala uirginū: q̄bus peruigil præerat draco: eūq;
coegit suis esse pabulum tonlis: qui humanis corporibus
suos alebat equos. **V**el sic. **C**ui reserādi cæli sunt datae cla-
ues: is etiā obtempabit: **Q**ui thraces iandudū occupauit:
pauloante **E**uboia: modo **C**apham. **V**el sic. **O**mnem morta-
le animal ac rationale quod tu cogitas: consulto sentiret.

Occupatio ¶ **E**xemplū occupationis tacitæ: q̄ color crebro intercur-
rat ad augendā suspitionē nel opinionē.

Papa
Occupatio
tacita
Prætere quæ possem in hūc nebulonē dicere: si maledi-
cendi potius huc causa conuenissem q̄ tuendæ rei ac fa-
mæ meæ gratia. **T**ot em̄ huius afferrē in campū scelera:
quibus apud omnes est populos Italiæ **G**alliæq; famosissi-
mus: ut & admirari uos cogerem: & ego dicēdo defatiga-
tus ex plurimis uix attingerē aliquid. **V**el sic. **N**on profe-
quor huius uitā ac mores: omnēq; superiorū temporum

RHETORICES

suā peregrinationē: q̄b⁹ manifeste cognosci posset: hoc uiro Iuliano præstantiorē esse neminē: excellentiorē inter nostros nullū: magis illustrē gloria nobis neminē.

¶ Exemplū occupatiōis expresse: quæ cū alia nō habeat **Occupatio expressa**
quasi supersit multo plura bona uel mala dicit aliqua.

¶ Quot occurrunt hui⁹ scelera: ebrietas: leuitas: luxuria: impudentia: temeritas: quibus & Romæ sese omib⁹ expressit: & Mediolani pene damnatus est morte: & Venetijs eiectus urbe: quæ quidē si afferrē in mediū omnia: & ego possem accusari ob scœnitatis: & uos pro modestia uestra nequiretis audiēdo tolerare. **¶** Vel sic. **T**āta sunt hui⁹ apud bonos omnis ornāmēta: in adolescentia quidē apud græcos studioꝝ: pericula disceptādo ac docendo: in reliq̄ ætate apud Italos & Bononiæ & Paduæ & Romæ laudū præconia: quæ in plurimis magistratibus apud maximos pontifices: & alios principes cōsecutus est: ut si uelim dicēdo prosequi: nō modo sim prolixior q̄ hæc oratio patiat: sed uel prolixius dicens minimā partē attingā.

¶ Exemplum interrogationis: sed raro.

Interrogatio

¶ Quis fuit hostis reipublicæ: Augustin⁹. **¶** Quis iniquitatis auctor: Augustin⁹. **¶** A quo paratæ sūt insidiæ ciuib⁹: **¶** Quis cōmunes ciuitatis pecunias furtiue in proprios conuertit usus: **¶** Quis litteratorum persecutor: hic ipse. **¶** Quem auidiū⁹ nunq̄ attentasse: quod nobis non esset obfuturū: hanc feram.

¶ Exemplū cōduplicationis: sed raro nisi in poetis.

Conduplicatio

¶ Tuus ille perditissimus animus o Augustine: tuus inq̄ ille catio perditissimus animus plurimū attulit reipublicæ detrimēti. **¶** Vel sic. **T**ua mēs ista bona **OL**æli: tua certe mēs ista bona tuis ciuibus fuit semper singulari adiumento. **¶** Vel sic in simplici dictione: ut Iuuenalis. **T**u ne duos una sæuissima **I**uuenalis uipera cœna: **T**u ne duos. **¶** Vel sic in pluribus. **N**ullæ profuere uigiliæ huic urbi aduersus **G**allos: **N**ullæ profuere uigiliæ huic urbi.

¶ Exemplum repetitionis.

PRAECEPTA ARTIS

Repetitio Laelij probitas hanc urbem in iudicando seruauit. Iuliani pietas hanc patriam in omni sua calamitate defendit. Iuliani sanctorum testimonia beneuolendi sunt nobis singulis exemplum fere quoddam. **Vel sic.** Augustinus interturbauit omnia. Augustinus doctos omnes insequitur. Augustinus sicarios apparauit. Augustinus urbem uiolauit.

Transitio ¶ Exemplum transitionis: qua non nisi in expedita una materia: decurrendo ad aliam utimur ad attentionem. Nunc autem satis de huiusmodi munificentia dictum sit: deinceps ad eius magnificentiam accedamus. **Vel sic.** In aduersarium hactenus de libidine: nunc ad illius auariciam persequamur.

Superatio ¶ Exemplum superationis. Hic sua uirtute iam caelum attingit: estque factus deus communissimus. **Vel sic.** Nemo tam saeuus est apud inferos qui possit cum huius sceleribus comparari.

¶ De summa colore.

Colores alij apud Ciceronem multi sunt: sed minime necessarii.

Figurae grammaticorum in usu necessariae praecipue tres sunt.

Parenthesis: hoc est oratio in oratione interposita: exornandi ac breuius dicendi gratia. **Hyperbole:** hoc est supra modum elata in sermone sententia: ut orationem magis augeat. **Et digressio** siue translatio: quae dimissa materia: ad illam aliquid affert externum: scilicet quo illa exaggetur: exemplificetur: deprimatur: aut aptior fiat persuasioni.

¶ Exemplum Parenthesis uel breuioris uel longioris.

Ego non tibi solum: sed omnibus ob incredibilem animi tui uirtutem (Es enim & doctissimus: & prudentissimus: & humanissimus) ea sum deuictus beniuolentia: ut nihil ad cumulandum adquireat. **Vel sic.** Cum Romam uenissem ad agenda meam (quam nonne scis) causam: **A**berat enim summus pontifex: **A**berant cardinales: **A**berat uniuersa curia. **N**ulla agebantur causae. **N**ullus erat auditorium liti. **N**ullus iudicabat. **N**ihil hactenus egi. **N**ihil attentauit. **Vel sic:** si parenthesis est prolixior ne prima excidant memoria uerba. **E**go te plurimum

RHETORICES

Cū qa sūma es uirtute tūc īsignis: tū qa me mātuo meosq; omīs q̄ studiose diligis: tum qa nemo bon⁹ est q̄ te nō uæ/hemētī beniuolētia prosequat (sic es promerit⁹) te igit̄ ic/circo plurimū nedū amo: uegetiā & obseruo: & colo.

¶ Exemplū hyperboles maxime in poetis.

Apud **Virgiliū** de **Aenea**: fama sup æthera not⁹: & rur **Virgilius. j.**
sus: **Tollitq;** ad sydera fluctus: **Nō** quia sydera possint flu/**æne.**
ctus attingere: sed quia altius dici nequeat. **Vel sic. Pul-**
cbrior Venere: castior es **Diana.** **Vel sic. Pygmeo** minor
es: turpior dæmone.

¶ Exemplum digressionis.

Clarus es tu quidem inter oratores: sed aliquis potius **De Demades**
mades q̄ **Demosthenes.** **Autē** em̄ ad **Demadē** ire solitos: **Demosthe-**
q̄ orationē uellēt celerē & imeditatā: ad **Demosthenē** qui **nes**
pensata peterēt & elimata. **Proinde** cōsueuit dici: **Dema-**
dæ oratiōes nihil: at **Demosthenis** oleū sapere. **Clarus** es
tamen orator & celer.

¶ De dicendi scribendiq; generibus.

Dicendū autē eādē esse rōem in scribendo quæ & in di **De generi-**
cendo est: In utroq; rhetoricæ ac oratoriæ uis extat. **bus dicendi**
Orare: ore significat pnūciare: q̄re in dicendo est opus p **& scribendi**
nunciatiōis ratione. In scribendis autē epistolis: hoc est: mis **Orare**
siuis: ea ratione opus non est.

¶ De pronunciationis ratione.

Est autem pronunciatio in tris partes distributa: in uocē: **Pronūcia-**
uultum: ac gestum. **tio**

¶ De uocis uariandæ ratione.

Vox triplex ē: magna: mollis: flexibilis. **Magna** debet esse **Vox**
in argumentatiōib⁹: **Mollis** in rebus lætis: **Flexibilis** in mi
sericordia comparanda.

¶ De usu uocis.

Initio orationis uox sit parua: sed non infima: & inaudita:
sed quæ possit pedetentim augeri. **Mox** in narratione sit
altior: sed mediocriter. **Mox** in diuisione augeatur: sed
fiat augmentum ut non deueniatur ad clamorem percus/
c 4

PRAECEPTA ARTIS

forū aut uigilum nocturnoꝝ. **M**ox argumētationes molli-
tudinem & flexibilitatē consequant̄. **E**st em̄ uox mollis:

Mollis hoc est dulcis: nō aspera: nō rauca: non pturbata: sed quæ
tybiā potius imitet̄ q̄ tubā. **F**lexibilitas uult posse nunc p
materia exasperari: nunc mitigari: nunc flere: nūc ridere.

Si laudatio sit alicuius: uox sit mollis & mitis. **S**i uitupera-
tio: uox aspera. **S**i animat̄ aliquis in aliquē: uox dira & ira-
cunda. **S**i fun⁹ agit̄: uox mœsta & lachrymosa. **S**i sit alicui⁹

Exclamatio
nes execratio: uox alta & pturbata. **F**iat similit̄ exclamatiōes
asperæ ac depressæ. **A**speræ: cū causa ē nefaria: ut in uitijs
abominādis. **D**epressæ: ut in cōmiserationibus. **D**icendo
in causa scelesta: **P**rob deū immortalē: hoc scelus cōmisit
ne quisq̄ ali⁹: uox efferat̄ altissima. **D**icēdo caute iudices
ni tales castigetis: caute: uox sit & alta & turbata. **D**icen-
do in cōmiseratione: cōpatiendū esse mēdicis: uox sit mi-
nima & flebilis. **D**icēdo: illis subueniendū: uox sit lachry-
marū plena. **I**n poratione p̄ amplificationem uox sit medi-
ocris cū claritate pronunciādi: sed sine anhelitu: ne spirit⁹
defatiget̄. **I**n cōclusionib⁹ fiat uox mediocris: sed tardior
pronunciatio: ut intelligat̄ quid concludit̄. **T**amen semp
animaduertendū ne fiant exclamatiōes cū hac uocis mu-
tatiōe: nisi materia sit aut abominabilis: aut miserabilis: aut
admirabilis: aut rara: bona uel mala.

Vultus

¶ De uultus usu.

Cum uultus non sit facies: sed signum apparens in facie:
Quidius. ij. scdm̄ animi motū: ut illud docet Nasonis: Heu q̄ difficile
metamor. est crimen non prode uultū: debet orator uultū accom-
modare uoci: ac materia. **N**am si rem flebilem exponeret
læto uultū: aut rem festiuā mœsto uultū: diceret̄ ineptus:
quī neq; rerum: nec p̄sonarū: nec temporū seruaret condi-
tiones. **U**t uno igit̄ concludatur uerbo: cum uerba sint ea-
rum notæ quæ sunt in anima passionū: pro uerbis sit uox:
ut dicere uideat̄ orator ex se nō aliunde didicisse: pro uo-
ce uero sit uultus: in pturbata uoce acerbus: in flebili sub-
tractus: ut animi uāhementia eo uultu intelligat̄ cum uer-

EPITHETA

horum conuenire uahementia.

¶ De gestus usu.

Gestus autē nō debet inurbanus uideri: ut neq; uultus: nec **Gestus**
uox in relata: debēt in scurrilē pfundi risū: nec in re mœ/
sta in muliebres distendi lachrymas aut uociferationes:
sed quo ad naturā consuetudinēq; uirorū deceat grauiū
& modestorū. Debet gestus ad rē exasperandā quæ uitu/
perat: aliqñ caput mouere minis. Ad rem mitē & misera/
bilē inducendā aliqñ palmas precatorias iungere: Inducē
do uirtutē hoies ad se inuitantē: brachia aperta pro exci/
piēdis uenientib⁹ demōstrare. **F**aciē autē nunc ad hos mo/
uere: nunc ad illos uertere cum qbus sit sermo: ne qñ sta/
tua loqui uideat uel puer: q sit occipatus in memoria te/
nenda quæ sua nō sunt. **R**em admirandā de superis expo/
nendo: frontē ad calū uertere. **R**em perniciosā pronū/
ciando: inferna respicere. **D**iuitias & pompas orbis dete/
stando: brachia aperta cū fronte & toto corpe circūuolue/
re. **R**em pudibundā in mediū afferēdo: tenere os ad ter/
ram uersum: deterrendo: manibus pedibusq; pulsare.

¶ De epistolarnm uia ac ratione.

Epistolæ uero multifariam habent materiā: ut in octogin/
ta infra patebit epistolaz titulis. **S**ed triplicē uim ac ratio/
nem: ut aliqñ sint familiares: aliquando familiarissima: ali/
qñ graues ac seriæ: seruenturq; in ijs duæ rationes. **P**rima
ratio stili: ut familiarissima sit in stilo infimo: familiaris in sti/
lo mediocri: grauis in stilo summo. **S**ecunda ratio artificij:
ut familiarissima simplicem habeat rei expositionem: ut
inter familiarissimos diciē: do: accipe: mitto: fac: sine mul/
ta circūitione: aut argumentatiōe: aut apparatu. **F**amilia/
ris uero aliquid: sed modicum: apparat autē argumētatio/
ne. **G**rauis autem pro rei qualitate: aliquādo uim oratio/
nis summa: aliquando mediocri: aliquādo parua tenet.
Nam oratio summa sex habet illas superiores orationis
partes: hoc est: si dicatur de pace aut bello tenendo in se/
natu ul' apud principē: oratio mediocri caret cōfutatio

PRAECEPTA ARTIS

ne nonnunquam & exordio. In causa honestissima: ut in nuptiis oratio parua est: quae caret exordio & narratione: interdum & diuisione: ut in uisendo principe: ubi dicitur quare illo uentum sit: & quid petatur: ut superius uisum est. Totuplex igitur epistola grauis quotuplex est oratio: aliquando omnes orationis complectitur partes: aliquando aliquas.

De stili ratione ac uarietate.

Infimus Stilus infimus non habet uerba ignaris paedagogulis communia: sed ornata: at non exquisita: non habet sententias uulgares: sed eruditas: at non raras: hoc modo.

Exemplum stili Infimi.

Hic dies Lælij Paulinaeque nuptiis dictus est foelix.

Hanc ob causam in hunc conuenimus locum o ciues optimi.

Non improuide sibi consuluerunt: quod matrimonij leges subierunt: unde ois humana rite propagatur uita.

Mediocris

De stilo Mediocri.

Stilus autem mediocris habet non rara admodum & exquisita uerba uel sententias: sed meliora longe: ac rariora infimo stilo: ut si dicatur: hoc modo.

Exemplum stili Mediocris.

Augustinus Nihil est tam salubre humano generi patres amplissimi: quam posteritati operam adhibere: quodque Aurelius inquit: Generationi regenerationem praeparare oportet. Nam cum quoti die diuersis discriminibus in orcum dilabimur: debemus diligentius consulere successioni. Quod nequire commodius aptiusque lege fieri: quam si connubio mares foeminaeque sanctissimae coniungantur: quis est: qui nesciat? A superis est igitur ad mortaliu consuetudinem: utilitatem dignitatemque matrimonium institutum.

Gravis

De stilo Graui.

Stilus autem maximus & uerba complectitur rara: & sententias crebras: & auctoritatibus nititur: & profusiores habet estructuras: ut si dicatur: hoc modo.

Exemplum stili grauis in eadem materia:

EPIPHETA

Cum permagnū est onus & p̄difficile de ijs rebus oratio-
nem habere: quæ sit amplissima: & quouis oratore clarissi-
mo digna: **T**um illud hoc loci me reddit audentiorē: q̄ ex-
ilitas ingenij mei patiat̄: qd̄ estis uos patres amplissimi: ut
eruditissimi: sic omniū humanissimi atq; unice p̄benigni.
Matrimonij uero laudes & si sunt innumerabiles: tales ta-
mē: ut uel litterarū experti: sua succurrāt sponte: nolintq;
titubare pro se quēq;.

¶ De titulorū Epithetorūq; ratione ac usu.

De titulis &
epithetis

Uebementer aut̄ errat̄ in titulis uel scribendarū ep̄i-
stolarū uel dicendarū orationū: in epithetisq; hoc
est adiectiuus quasi cognominib;: quæ solent dicē-
do scribendoq; imponi: tā rebus q̄ p̄sonis: etiā in prosopo-
pœia: de qua statim inferius dicit̄.

¶ De prosopopœia crebra in poetis.

Solent em̄ poetæ: qui cū oratoribus eandem seruāt artē:
licet alia oratiōis lege: hoc est carminib;: ut i prosopopœia
quæ sibi de re insensata sensibilis fingit faciē: ut meli; in au-
ditoris lectorisq; imprimat mentē: ut **Virgilius** Atlantem
Libyæ montē fingit senem. & c. **Martianus** artes liberales
suis fingit corporibus. **V**t igit̄ esset turpe uitium fingere
corpus formosum: uirtutē uero corpus deforme: **Angelū**
turpem: dæmonem pulchry: sic dicere mare frugifery: aut
terrā ueliuolam: epitheta nō complectitur sua: nec decet
summū pontificem appellare fortissimum: imperatorem
uero sanctissimū.

Virgili; .4.
æne.

Martian; fœe
lix capella

¶ Exemplū titulorū summi pontificis.

Sanctissimus. **B**eatissimus. **C**lementissimus. **P**ientissimus. **P**apa
Indulgentissimus. **M**isericordissimus. **B**enignissimus. **B**e-
nificientissimus.

¶ Exemplū epithetorū summi pontificis.

Successor primi **P**etri. **C**hristū in terris referentē. **D**ei mi-
nistras officia. **V**enæ in orbe largitor. **C**æli referator. **I**nfer-
ni clausor. **S**uperorū interpres. **A**postolicæ sedis auctor.
Quirinalis regni tutor. **C**hristianorū protector.

EPITHETA

Imperator ¶ Exemplū tituloz̄ imperatoris **Augusti**.
Diuo cæsari. Fauçtissimo Augusto. Sacratissimo Romano
rū impatori. Inuictissimo christianoꝝ regi. Felicissimo im
perij augustalis protectori. Perbenigno cæsari.

¶ Exemplū epithetoz̄ imperatoris **Augusti**.
Expugnator pfidoꝝ. Defensor christianæ fidei. Supremi
imperij custos. Incōcussus imperator. Asylū christianorū.
Maximus atq; optimus Quirini interpret. Nullius laudis
rex incapax. Magnidecentissimus princeps.

Cardinales ¶ Exemplum titulorum **Cardinalium**.
Integerrim⁹ pater. Sanctimonix plenissim⁹. Sapientissim⁹
Grauiissimus. Cardinalis præclarissimus. Pietatis studiosis
simus. Benemerentissimus cardinalis. Officiosissimus.

¶ Exemplum epithetorum **Cardinalium**.
Aethereæ ualuæ cardines. Rubra mitra insigniti. Puniceo
diademate cincti. Sūmo pontifici assistentes. Proximī ad
pontificatū maximū. Cardinea dignitate præstantes. Pur
purati coetus participes. Sūmi concilij mēbra. Apud apo
stolicā sedem primi pontifices.

Reges ¶ Exemplum titulorum **Regum**.
Serenissimi. Optimi reges. Clementes. Aequissimi.
Gratioli. Liberalissimi. Prudentissimi. Facillimi.
Mansuetissimi. Beneficentissimi. Innocentissimi.
Christianoz̄ ppugnatores. Eminētissimi. Christianissimi.

¶ Exemplum epithetorum **Regum**.
Legum in orbe tutores. Aequitatis auctores. Sceptrigeri
principes. Naturæ in terris simulacra. Optimi rerum hu
manarum auctores. Totius orbis nutrimēta. Vexilla chri
stianorum. Alimentatores clarorum hominum. Benefi
centissimi reges. Corona insigniti. Diademate regio niti
dissimi.

Archiepi ¶ Exemplum titulorum archiepiscoporum.
Antistiti optimo. Patri præfulum benemerenti. Episcopo
rum præfecto dignissimo. Et etiā competūt ei: quæ cardī
nali: præter decernentia cardinalatum.

EPITHETA

Exemplū epithetorū archiepiscopoz. Archiepōz
 Præfulatus tutori. **E**piscopatuū asylo. **M**etropolis recto/
 ri. **E**piscoporum principi. **S**anctimonix studioſo. **M**agna
 præfuli auctoritate. **P**atri patrum. **N**ullius ſapientix inex
 perti **G**rauiſſimo patri. Episcopoz
Venerabile

Exemplū titularum episcopoz.
 Præter **R**euerēdiſſimū: quicquid aliud. **N**am uenerabile
 a uenerādo dictū dijs cōueniens: dat quibuſq; monachis.
Reuerendiſſim⁹ aut a reuereor (qd̄ metus uerbū eſt) pro/
 ueniēs: dat ſūmis pontificibus: quali æque metuēdi ſint:
 ut ſæculares domini: ac tyrāni. **D**icunt episcopi eximij pa
 tres chriſtianoz. **V**rbium ſuarum pontifices optimi. **B**e
 nemerētes. **F**idei noſtræ tutores. **P**atres colendiſſimi. **O**b
 ſeruandiſſimi præfules.

Exemplum epithetorū episcopaliū.
 i quibus chriſtianaz datur eccleſiarum cura: **P**rocurato/
 res chriſtianæ religionis. **P**ræſides præfulatuū. **A**ntiſtites
 innocentes. **P**aſtores humanaz ouium. **S**acri gubernato
 res ſacerdotiorum. **E**cclēſiaſticorū militum duces. **M**axi
 mi ſuorum episcopatuū ſacerdotes. **V**ncti patres preſby
 terorum.

Exemplum titularum abbatum: & præpoſitorum ac ar Abbates
Archipref
byteri
 chipreſbyterorum.
 Innocētiſſimo: **I**ntegro: **S**acroz morū pleniffimo. **S**ancti
 monix deditiſſimo. **R**eligiōis curioſiſſimo. **T**aliſ eccleſiæ **P**ræpoſiti
 primario. **M**onachorū ſeu preſbyterorum benemerenti
 præfecto. **P**io ſuæ fidei cuſtodi.

Exemplum epithetorū eorundem.
Obſeruādus taliſ eccleſiæ uel monaſterij præſes. **I**ncorru
 ptus ſuoz ſacerdotū obſeruator. **O**fficioſiſſimus in tali ec
 cleſia uel abbatia optimas. **G**raſſiſſimus diuinorū exercitu/
 um manipulus. **A**ſſidu⁹ eccleſiaſticarū rerū uigil. **I**nter ab
 bates omniſ uel præpoſitos rara phœnix.

Exemplum titularū theologoz.
Theologo ſapiētiffimo. **S**acræ ſciētix ſūmo inēpreti. **D**iuī **T**heologi

EPITHETA

narū litterarū in terris arbitro. **Sacratissimi** dei studij apud nos expositori. **Cælestiū** artiū præceptorī doctissimo. **Innocētissimo** theologiæ philosopho. **Clarissimo** theologo.

¶ **Exemplum** epithetorū eorundem.

Qui cælestia nobis præcepta referat. **Cui** arcana dei committunt. **A** quo docemur: quæ ad diuinas institutiōes attingunt. **Qui** semp in diuinis uersat cōtemplandis. **Quem** nihil cæleste latet. **Qui** rerū humanarū & diuinarū summā cognitionem habet. **Cui** datum est & nosse quidem & interpretari theologica.

Cæteri de clero

¶ **Exemplū** titulorū reliquorū religiosorū cum gradus sui uel dignitatis additione.

Incorruptissimo talis ecclīæ præsidī. **Religiosissimo** tiro. **Deuotissimo** fratri. **Studiosissimo** religionis presbytero. **Custodi** talis ordinis accuratissimo. **Sacræ** militiæ cōstantissimo militi. **Patri** optimo & diuinis deditissimo. **Diuinæ** gratiæ religioso. **Summæ** integritatis sacerdoti. **Probatissimo** presbytero.

Duces

¶ **Epitheta** in his suis excerptuntur titulis.

¶ **Exemplum** titulorum ducalium.

Accuratissimo duci. **Illustrissimo** principi. **Inuictissimo** imperatori. **Assiduo** triūphatori. **Continuo** fugatori hostiū. **Victoriosissimo** duci. **Præstantissimo** suæ fidei cōmissorū Defensori foelicissimo.

¶ **Exemplum** epithetorum ducalium.

Cui cōsilijs nihil firmi. **A** quo semp fortuna superat. **Fulmen** talis belli. **Hostilis** imensus terror. **Mens** incōcussa & immobilis omniū in castrametādo prouidissim. **Cui** parent cæteri quicq; duces. **A** quo uicti sunt hostes in omni genere. **Cæsar**is imitator & **Cyri**. **Alexandri** similis & **Fabij**.

Marchiones & comites

¶ **Exemplū** Marchionū: Comitū & Baronū Titulorū. **Illustri** domino. **Inclyto** principi. **Magnanimo** marchioni. **Præstantissimo** comiti. **Clarissimo** Baroni. **Magnificētissimo** principi. **Optimo** regulo. **Prudētissimo** comiti. **Sapientissimo** domino. **Excellenti** marchioni.

EPITHETA

¶ Exemplum epithetorum eorundem.

Qui sublimi sedet in sede comitatus. Qui excelso est marchionū in solio. Quem cœtus baronū dignissime comitatur. Magnificentia marchionis. Eximia comitis uirtus. Baronis clara dignitas. Imperiales ubiq; comites. Sacris amicis ab imperatoribus insigniti. Post reges ac duces primi principes.

¶ Exemplum titulorum militum manipulorum Centurionum & decurionum.

Fortissimo militi. Tolerantissimo laborum. Omnium difficultatū patientissimo. Immoto manipulo. Militiæ curiosissimo. Strenuo centurioni. Sollertissimo: uigilantissimo: uiro militiæ studiosissimo: Excelsa mente manipulo.

Milites decuriones

¶ Exemplum epithetorum eorundem.

In bene prouisis pseuerans. Nullius leuitatis filius. Gratuitatis & consilij custos. In hostes diligentissimo inuestigator. Artium militariū inquisitor optimus. Quē nihil lateat militare. Qui nunq; flere uisus est. A quo abhorreat omnis metus. Cui gratiora sunt militaria discrimina cibus mollissimis.

¶ Exemplum titulorum equitis aurati.

Eqtis aurati

Magnifico eqti aurato. Insigni laude cumulato. Præstanti militaris dignitatis uiro. Dignissimo equiti. Auro benemerentissime decorato militi.

¶ Exemplum epithetorum eiusdem.

Militari insignitus dignitate. Præclaro inter equites auratos. Suae laudis tutor. Integra mente summaq; laude auratus eques. Ingenio singulari ad omnē equestre dignitatē. Magnificōq; operū pro suo splendore tenacissimo. Nulli plus rei: q̄ laudi & mortali uacans gloriæ.

¶ Exemplum titulorum poetarum.

Clarissimo uati. Doctissimo poetæ. Præstantissimo Apollinis interpreti. Laureato poetæ benemerenti. Carminis antiquoq; instauratori perillustri. Cunctaq; artium uati studiosissimo. Diligentissimo poetæ.

Poetæ

EPITHETA

¶ Exemplū epithetorū Poetarum.

Poetae Phœbei aditi custos: Tripodis Apollinæ tutor: Qui res gestas immortalitati cōmēdat: Prædicator futurorū: Exquisitus rerum abditissimarū decantator: Humanas res & diuinas canere cōplexus: Numen quoddā in terris.

¶ Exemplū titulorū Oratoris.

Oratores Eloquētissimo uiro. Clarissimo oratori. Præstātissimo humanarū artium auctori. Liberalium studiorū tutori. Bonarum litterarū propagatori. Disertissimo uiro.

¶ Exemplū epithetorū eiusdem.

Qui lingua monet populos. Qui persuadēdo cūctos animat. Cui facillimū est: solo sermone cūctos in sentētiam trahere. A quo nihil magis abest: q̄ ignorātia. Cum cuius eloquio est sapiētia cōiunctissima. Cui familiaris ē omniū bonarū artium consuetudo. Qui dicēdo exornat omnia.

¶ Exemplū titulorū philosophi.

Philosophi Acutissimo philosopho. Bonarū artium interpreti. Morū institutori. Naturæ contemplatori optimo. Humanæ sapientię inquisitori prudentissimo.

¶ Exemplū epithetorū eiusdem.

Quē nihil humanū latet. Qui mores docet. Qui naturæ iura pandit. Qui naturalium rerū scrutat̄ causas. A quo abditissima quæq; doctrinarū omniū intelligunt̄.

¶ Exemplū titulorū iuriscōsulti.

Iuriscōsulti Sapiētissimo iuriscōsulto. Clarissimo iurisinterpreti. Præstantissimo legumlatori. Acutissimo iuris enodatori. Doctissimo iuriscōsulto. Viro iuriscōsultissimo.

¶ Exemplū epithetorū eiusdem.

Viro Cecropide. Lycurgei laboris tenaci. Solonis pterro. Scæuolæ clienti. Sulpitiū Virginijq; simillimo. Legum enucleatori. Iuris artificii non mediocri.

¶ Exemplū titulorū medici.

Medici Accuratissimo physico. Medico fidelissimo & doctissimo. Morborū omniū curatori. Sollertissimo medicinæ indagatori. Aesculapio medicorū.

EPITHETA

¶ Exemplū epithetorū eiusdem.

Viro hippocratico. Galieneo cliēti. Medicoꝝ Osiri. Phoebeo genito. Herbarū peritissimo. Serapioni Auicennæq; clarissimo. Medicinæ peritissimo.

¶ Exemplū tituloꝝ & epithetorū Astronomi.

Astroꝝ peritissimo. Sapiētissimo astronomo. Astrologo Astronom⁹ rū Ptolemao. Acutissimo superiorū corpoꝝ indagatori. Vati cōsultissimo. Rerū futurarū interpreti.

¶ Exemplū tituloꝝ & epithetorū Musici.

Harmoniaē caelestis duci. Orpheo musicorū. Iucūdisimo musico. Consonātiæ musicæ peritissimo. Mercurio sonorissimo. Apollini cōcordantiæ.

Musici

¶ Exemplum titulorum & epithetorū Architec̃ti & Geo Geometer
metræ. Architectus

Vetrubio Architectorū. Archimedæ Geometrarū. Coloforū diligentissimo artificii. Pyramidū sollertissimo cōpositori. Ingeniosissimo opificioꝝ præsi.

¶ Exemplū tituloꝝ & epithetorū Arithmetici.

Arithmetici

Studiosissimo Arithmetico. Accuratissimo numerorū sūmatori. Diligētissimo innumerabilium numeratori. Pytholidæ arithmeticoꝝ omniū curiosissimo.

¶ Exemplū tituloꝝ magistratuū.

Magistrat⁹

Aequissimo prætori. Prudētissimo iudici. Innocēti, p prætori. Incorrupto proiudici. Magnanimo: iustissimoq; p domino. Fortissimo fidelissimoq; tribuno. Claro tabellioni. Inelyto præsi. Illustri magistro egtū. Inuidio primipilo. Dignissimo quæstori.

¶ Exemplū tituloꝝ & epithetorū grāmaticoꝝ.

Grāmatici

Peritissimo grāmatico. Bonarū litterarū studiosissimo magistro. Ludi litterali præsi benemerēti. Litteraturæ doctori optimo. Viro doctissimo. Lactis litterarū præceptor. Lactis litterarū præceptor.

¶ Exemplū tituloꝝ & epithetorū Senatoris & cōsularis. Consulares

Iustissimo fortissimoq; Senatori. Prudentissimo viro cōsulari. Nobilissimo patricio. Generosissimo urbis membro. Præclarissimo Senatus patri.

d

EPITHETA

Civis mercator: **¶** Exemplū titulorū & epithetorū civis Mercatoris. Industrio & diligenti mercatori. Curiosissimo mercaturæ patri. Mercaturæ studiosissimo. Mercurio mercatorum. Inter mercatores Iason.

Plæbei uiri **¶** Exemplū titulorū & epithetorū Plæbei uiri boni. Cui optimo. Probo & modesto uiro. Non abiectæ laudis ciui. Ex minore ordine uiro bono. Studiofo innocētiae & integritatis uiro, &c.

Fabri **¶** Exemplum titulorum & epithetorum Lanificis & cuiusq; fabri. Diligenti artificii. Bono opificii. Ingenioso fabro. Dædaleo clienti.

Agricolæ **¶** Exemplū titulorū & epithetorū Agricolæ. Honesto uiro. Frugi agricolæ. Tempestiuo messori. Homini gnauo. Sollertissimo. Diligentissimo.

Sciendū autē est: q̄ multa sunt epitheta: quæ adiecta titulif aliquarū artiu possunt cū singulis cōuenire: ac singulas artes pro sua qualitate decorare: ut **Egregius: Singularis: Clarus: Præstans: Doctus: Eruditus: Fortis: Constans: Insignis:** cum suo casu: hoc modo, **Egregius** poeta. **Egregius** orator. **Egregius** philosophus. **Egregius** iurifconsultus. **Quinetiā** egregius pontifex. **Egregius** imperator. **Egregius** Rex: & sic de singulis. Sed animaduertendum: q̄ licet primi ac altissimi gradus mutari non possint: ut pontifex maximus. Imperator. &c. minores tamē & mediocres mutātur: ut alius miles inferior nō æque strenuus dicatur ac alter fortissimus: sed uocetur laborū tolerans & militiæ studiosus: & sic respectu maiorū minores humilioribus titulis donentur in omni facultate: & sic alius poeta illustris: alius poetiæ dicatur studiosus, &c.

¶ Nunc autē ad epistolarum in omnibus titulis & in omni stilorū genere descendemus exempla: ut quid & quō fiat imitatio: facilius intelligatur.

¶ Sequuntur octoginta epistolæ scribendarū genera in titulos redacta cum exemplis.

TITVLVS I

¶ Titulus primus.

¶ Commendaticia familiaris.

Qui hanc tibi reddidit epistolā: mecū est sūma fami-
liaritate coniunctus: uir inq̄ & nobilis & disertus:
quē ppter gen^o & uirtutes unice diligo atq; amo:
cupioq; ualere plurimū: arbitraē ipse meis litteris fore se
tibi gratiorē. Est em̄ acturus istic nescio qd: quod eū pun-
git uæbementer. Itaq; si me amas: & si cupis gratificari mi-
hi: fac ut hunc suscipias q̄ commendatissimū. Nulla em̄ in
re poteris afficere me maiore uoluptate. Caterū si quid
est: quod mea opera possit tibi morem gerere: nihil petes
a me frustra. Bene uale.

¶ Cōmendaticia familiarissima.

Commendo tibi Petrū uirum grauissimū & mihi amicissi-
mum: cuius consuetudine delector plurimū: & qui mihi
uisus est in omni re sua summa laude cumulatus. Quicqd
in hunc cōtuleris beneficij: collatum in me censebo. Non
sectus em̄ hunc diligo atq; amo: ac si frater meus esset. Ne
negligas hominē. Vale.

¶ Cōmendaticia gratis.

Fuit mos antiquissimus & cōmuni hominū societate indu-
ctus: ut in cōmendādis hoibus: amicitia munus seruariē
& iusticia sanctio. Quid em̄ inter mortales diutius staret:
possetq; ppetuū appellari sine amicitia ratione iusticiaq;
officio: Nā homo p se uiuere quodāmodo nequit in hoc
orbe: nisi ab hominibns adiuet. Quare & Cecrops apud Cecrops
Atheniēses: & Moses apud Hebræos: Mercurius apud Asi Mosēs
syrios leges inuenerūt: qbus humanū genus sese tuere. Mercurius
Itaq; & Aplus inquit: Alter alterius onera portate. Sed & Paulus
Cicero & Plutarchus de amicitia uerba faciētes declara- Cicero
uerūt: non posse hominē uiuere neq; domi neq; foris: nisi Plutarchus
amor humanæ fieret societatis cōseruator. Quo enim pa-
cto qui palam uagabatur inter syluas & latibula ferarum:
nec domicilia colentes: nec cōiugia celebrātes: nec tenē-
tes ultimū uitæ cultum: sese in seruitutem legum tradidit

sent: & ciuitates habitassent mœnib⁹ septas: nisi natura duce: & amor eos coegisset & iusticiæ fundamētū: qb⁹ cōstare uideat humanæ societatis robur. **R**ecte igit^r **X**enophon ille socraticus beneficio generis humani cōperisse naturā **A**ristoteles inquit amicitiaē fundamenta. **Q**uāobrem **A**ristoteles probat: sine amicitiaē ratione corruere quicq^d est inter homines. Inter quos nō est hæc uirtus: omnia sunt simulata uel dissimulata: omnia ficta: omnia falsa. **N**ihil firmi: nihil stabilis: nihil sinceri: nulla seruatur fides: nulla religio: nulla pietas. **E**x huius uirtutis inobseruātia: aliij foenerātur: aliij spoliant: aliij uiolant. **N**emo tuetur alterū: sed eum deserit: ut

Homo qdā iudæus iudæum: de quo est in euāgelio. **A**t ubi est amor: ibi pax: ibi fides: ibi concordantia: ibi omnia palam sunt: & ex duobus fit unus: ut nihil uelit aut nolit alter quod & focus nō uelit pariter atq; nolit. **S**ed ex ipsa uirtute amicitiaē atq; iusticiæ laude: multæ proficiscūtur uiaē: cōditio/nesq; uiuendi oriuntur. **I**nter quas præcipua est uitæ consuetudo: quā familiaritatē appellam⁹. **M**ulti sunt em̄ hoc amicitiaē uocabulo nuncupati: qui uere nō sunt amici: cognomento spreto potius appellandi sunt hospites. **S**ed qui uiuunt una in ciuitate: gassidue simul uersantur: quiq; cū absunt alter ab altero corporib⁹: semp animi adsunt: inter illos uera est amicitiaē ratio. **N**am & iusticia curat illorum causas cōmuni ratione: & amicitia procurat eorum negocia cōmuni beniuolentia. **I**taq; iure a ueteribus inuentus est mos amicorū cōmendandorū per epistolas illis: qui & amici essent & possent cōmode amicorū desiderio satisfacere. **T**u q̄diu hic fuisti uir clarissime mecū summa beniuolentia cōiunctus es: quotidianaq; consuetudine confirmatus: nunc aut̄ posteaq; discessisti: non minore te prosequor studio: q̄ cū hic esses: nec cuiq; cedo in te amādo. **I**taq; nullam rem arbitror esse tantam: quā pro me nō sis facturus: siquidē nihil ego negligere possem qd̄ ad te ptineret & in mea foret facultate. **S**ed & **I**ulianus tanta est in me beniuolentia mutua: tamq; continua consuetudine mecū

TITVLVS II

uiuít: & familiaritate mihi cōiunct⁹ est: ut inter nos possit esse nihil distinctū. Quare cupio uāhemēter: q̄si me ipsū hūc oibus esse cōmendatū: sed illis imprimis cū qb⁹ mihi est amicitiae uinculū: & quos ego pari uirtute prosequor. Nam cū huius res bene habēt: bene meas habere censeo. Cum accidit huic quicq̄ incōmodi: omnē incōmoditatē cōmunē mihi duco. Est em̄ uir perpaucoꝝ hoim: imo nul loꝝ: ut illo utar Terentiano. Huius quidē uirtus & elegā, Terentius tia in dicēdo: & laus excellētissima adeo mihi & grata ē & iucūda: ut nihil possit ad cumulū addi. Certe si hominē no ris: dices me mea opinione nō fraudari. Hūc tibi facio q̄ cō mendatissimū: cupioq; intelligere meā hāc cōmendatio nē sibi plurimū pfuisse. Q̄ si me amas: nihil omittes qd̄ ad huius rē ptineat: sed ei fauebis: ei cōsules: eū diriges in om ni causa sua: & hoc pacto facies mihi rem q̄ gratissimā. Va le: Ex Mediolano quinto kl̄. Ianuarij.

¶ Synonyma cōmendaticia.

Ioannem tibi commendo.

Facio tibi talem cōmendatissimū.

Cupio ut nulla in re desis tali.

Si me amas: accipe rem talis tibi cōmendatissimā.

Nihil est quod hoc tempore diligētius abs te petam: q̄ ut talis negocia studiosius prosequare.

Cum desiderē tali om̄ia succedere prospere: tū cupio ma ximopere rem huius tibi cōmendatā esse.

Afficior tali usq; adeo: ut neminē possem tibi maiore pie tate cōmendare.

Si mea intercessione susceperis talem cōmendatum: nihil est quo possis mihi magis gratificari.

Cum accepero fuisse tibi talē ob meā cōmendationē gra tū atq; iucundū: cognoscā esse te optima in me mēte.

Obsecro te mirifice: ut nihil inuenias causā: quo minus ti bi sit talis q̄ cōmendatissimus: quē unice cōmendo.

¶ Secundus titulus.

¶ Consolatoria pro funere familiaris.

TITVLVS II

Quod obierit diem pater tuus uir clarissime: non possum nō dolere uāhemēter. **E**rat em̄ mibi iucūdiſſimus. **I**taq; tam grauiſter hanc rē tuli: q̄ ſi meus ipſe obiſſet pater. **E**iꝰ em̄ uirtus me mirifice incendebat ad omnē laudem. **A**dmonēbat me: præcipiebat mibi: nihil deniq; ſine moribus ex eiꝰ ore prodibat. **I**taq; digniſſimus mibi quidem uidebat: qui uiueret: & cuiꝰ gloria nunq̄ interiret. **Q**uid dixi gloriā? **I**lla certe nunq̄ eſt interitura. **F**iet enim ꝑ illam immortalis. **S**ed eiꝰ certe fama quæ inter uiuos diſpergi ſolet: loco gloriæ uiuēti ſuccedebat. **T**andē diem obiit: ſoluī qđ debebat mortalibus: cū eſſet moribundo corpore natus. **S**ecū retulit in cælū æterna. **N**am apud ſuperos mens eiꝰ præſtantiſſima nunq̄ eſt interitura: tibi ualido ſuppetat: in ſtaurabis uitam patris: nec eris inferior illo. **C**ura igitur ut ualeas. **E**t quæ mortalia ſunt non admirere ſi cōtinuo corruūt: & bene uale.

¶ Conſolatoria pro funere familiariffima.

Audiui qđ tuli moleſtiſſime: patrem tuum uiꝰ clariffimū hac luce functū eſſe. **C**erte uir erat dignus uita: ſed quem iccirco deꝰ in cælū reuocauit: quoniam eſt conuenientiꝰ multo ut futurꝰ eſſet in ſuperis ſedibꝰ: q̄ inter mortales. **N**am & ſi erat hic utiliſſimꝰ ſuis omnibꝰ: qm̄ incredibili ualebat uirtute: fecit tamē & pietas & religio & fides ut merito fuerit ad ſuperos delatus: q̄ quidē in ſede poterit nobis prodeſſe magis q̄ ſi eſſet in terris. **M**odo tu bene ualeas qui patris tenes ſimulacrū. **N**e feras iniqua mente: cum mortali uita natꝰ eſſet: ad immortalē eſſe ſublātū: at potiꝰ precare deū: ut tu quoq; illo perferaris. **R**eliquū eſt: ut diligenter cures ualitudinem tuam: quæ nobis eſt nō minꝰ iucūda: q̄ eſſet patris. **V**ale.

¶ Conſolatoria pro funere grauis.

Renunciātū mibi fuit: obiſſe diem patrem tuū uirū præſtantiſſimū: qđ certe perinde fuit mibi moleſtum ac ſi hac luce functus eſſet qui me genuit. **V**idetur igitur abſurdiſſimum: ut qui conſolandus ſum in hoc mœrore: alios con

TITVLVS II

foler. **S**ed ne tandem homines ipsi uideamur brutorū si-
 miles fieri: in quibus nulla uis est rationis: quibus dumtaxat
 sensus & perturbatio dominat: ratione duce nos ipsos
 consolabimur. **V**t eo autem procedamus ordine quo de-
 cet: ueterum intelligamus animos ad omne fortitudinis ar-
 gumentū institutos: & de mortis necessitate commente-
 mur. **Q**uis in hoc orbe nascit: qui non assidue uideat mor-
 tem sibi paratissimā esse: nisi hoc ordinasset ille opifex re-
 rum mundi melioris origo. **A**ut nos in hoc orbe fœlicita-
 tem nobis omnem propositam existimaremus: **A**ut quā-
 tum sensu moueremur: tantum sapereemus & intelligere-
 mus: præsentib⁹ intendentes: & paululum uel præterita
 uel futura sentientes: ut inquit **C**icero: **C**orruunt ergo quæ
 sunt in hoc orbe singula. **N**ec cuiq̄ suæ uitæ certus est dies
 unus. **Q**uid q̄ ea quæ uidentur diutius duratura: cōtinuo
 dilabunt: **N**am quæ fiunt quasi nōnq̄ ruitura moenia no-
 bilissime fundata superbissimeq; instructa: quasi ad cælum
 ceruices erigentia: multis temporū difficultatibus æquan-
 tur solo. **V**bi nunc **T**hebæ **B**usiridis illa tā magnifica: tan-
 toq; splendore domorum exornata: **V**bi granaria **P**hara-
 onis: **V**bi **P**yrælia **B**abylonis: **V**bi **C**olossus rhodius: **S**ed
 ubi **G**ræcia: ex qua tot tantiq; duces: uiri in omni genere
 laudis præclarissimi prodierunt: **V**bi **A**rgos cum suo **I**na-
 cho: **V**bi **M**ycenæ cum suo **A**gamemnone & **M**enelao:
Vbi **P**hthiæ cum suo **A**chille: **V**bi **P**ylos cum **N**estore:
Vbi **I**thaca cum suo **V**lyxe: **V**bi **C**orinthus cum suo **P**e-
 riandro: **V**bi **L**esbus cum suo **P**ittaco: **V**bi **M**iletum cū
 suo **T**halete: **V**bi omnis **L** Lydia cum suo **C**ræso: **V**bi **B**a-
 bylon cum suo **N**ino: **V**bi **P**ersarū palatia cum suo **C**yro:
 cum **X**erxe: cum **D**ario: **V**bi **M**acedonia cum **P**hilippo
 & **A**lexandro: **V**bi **S**partani cū suo **L**ycurgo: **V**bi **L**aco-
 nes cū suo **H**agesilao: **V**bi **T**hebæ dētib⁹ serpētinis pcrea-
 tæ cū suis dijs: **B**accho atq; **H**ercule: **V**bi **A**thenæ cū **T**he-
 mistocle: cū **A**lcibiade: **P**ericle: **S**olone: totq; illustrib⁹ uirif
 in omni uiuēdi genere: **V**bi deniq; ne oia psequar: **R**oma **R**oma

Mortis ne-
Cessitas

Cicero
Temp⁹ oia
consumit

TITVLVS II

illa prisca Barbarorum domitrix: Græcorum imperatrix: Latinorum mater: & totius orbis domina cum suo Mutio: cum suis Horatijs: suis Brutis: suis Scipionibus: suis Marcellis: suis Aemilijs: suis Fabijs: suis Metellis: atque cum suis demum tot cesaribus: ueluti flores atque uiolæ solent (quæ admiramur in mundo) cuncta deflorescunt: & a mane ad uesperum concidunt. Atque alia uitæ pars aliam insectatur & pellit. Infantia quasi lepus: pueritiã quasi uenatorẽ effugit. Pueritiã pellit adoleſcentia. Huic inuidet iuuẽtus. Hanc insequit uirilitas. Hæc a senectute fugat. Senectutẽ prædat decrepitas: in quam fit ut deueniat uita nostra: succubetque denique morti. Mors omnia mordet: ut Augustinus inquit. Hanc Hectoris fortitudo nõ euitat: nec dexteritas Achillis effugit: nec Herculis robur: nec Phalaridis minæ: nec Ganymedis aut Helenæ pulchritudo: nec castitas Hippolyti aut Dianæ: nec doctrina Socratis aut Platonis: nec prudẽtia Cætonis: nec continentia Scipionis: nec iusticia Aristidis: nec carmen Homeri aut Maronis: nec oratio Demosthenis aut Tullij. Nec quisquam in hoc orbe uel splendidior fuit Lucillo: uel ditior Mida: uel maior animo quocumque Iulio: potuit hanc mortis rabiẽ non gustare. Itaque recte Anaxagoras audita morte filij: se nihil inquit uel noui uel inopinati accepisse: cum sciret illũ ex se natũ esse mortalem. Cur igitur dolemus: cum nostrũ aliquis huic succumbit necessitati? An arbitramur posse nos reficere hominem aliũ quã prius esset? Si id assequi nequimus: parcamus necessitati: & cum nõ possumus quod uolumus: uelimus quod possumus: ut Terentius apud Terentiũ est. Nonne debemus sponte sequi: quod inuiti feramus: opus est? Et rationi potius obtemperare quã tempus sequi quod nos ad obliuionẽ mœroris perducatur. Quotiens autem rationẽ audiemus: totiens illa nobis declarat hanc nõ esse uitã quam mortales incolimus: sed eã ad quã rapiunt uiri boni: quæ ut ait Augustinus: uigebit æternitate memoriæ & immortalitate gloriæ: & in quã ut Apostolus inquit: Quæ nunc uidemus ueluti per speculũ in æni

Augustinus

Anaxagoras

Terentius

Augustinus

Apostolus

TITVLVS II

gmate: tunc uidebimus facie ad facie. Proinde **Socrates** **Plato** in apud **Platonis** **Phædonē** de immortalitate animarū cōmen **Phædone** tatus optare se dicebat mortē: cū non nisi ea uia posset ad supos proficisci. Itaq; & **Apostolus** dicere solebat: **Cupio** **Apostolus** dissolui: & esse cū **Christo**. Quāobrem pater ipse tuus & necessitate naturæ ductus: ex hac uita subreptus est: & uoto suo potitus iucundissime ex hac peregrinatione in patriā ueram peruenit: & ex procellosa nauigatione in tranquillissimū portum perductus est. Inuidebimus igitur ne ipsi aut potius eū æmulabimur? **Nobis** legendū est: quos in hac uita: ut apud **Aurelium** legitur: continue torquent **Aurelius** mor & dolor: non simul torquentes: sed cruciatū alternantes: ut qñ bene est: mortalibus timendū sit: quādo est male: tunc sit dolendū. **Feramus** igitur non solum æqua mente sed æquissima: q̄ pater tuus uir gratissimus ex his tenebris terrestriq; cœno: ac corporeo carcere: ad illam serenitatem cælestēq; puritatē & spiritalem libertatē elatus sit: & suæ fœlicitati gratulemur. **Reliquū** est ut ita sit tibi ante oculos imago patris: ut & q̄diu uiues in hoc orbe nō sis inferior ipso: & post digressionē tuā possis ad superos aperta fronte proficisci: & cū tuo patre cæterisq; uiris bonis in æterna beatitudine semp̄ requiescere. **Me** aut̄ habes quo ualeas baud secus uti ac fratre. **Vale**.

Synonyma consolatoria pro funere.

Dignus es consolatione.

Mœror tuus leuandus est.

Aegritudo tua ratione tollenda est.

Tuus luctus est ratione frænandus.

Quod donandū est necessitati: donec potius rationi.

Quas lachrymas siccabit temp⁹: eas siccet intellect⁹.

Tergēdi sūt oculi tui ne nimis obediēs uidearis sensui.

Cū prudentia sit in omnib⁹ reb⁹ adiutrix adhibenda: tum præcipue ubi mœror nos opprimit.

Nibi est accuratius cōsiderandū q̄ ne langueas pro dolore ubi opus non est.

TITVLVS III

Ego tibi cōsulo te puerꝫ ne potius plangēdo patefacias q̄ uirū grauē teipsum ratione cōsolando.

Non est cuiusq̄ lugēdus obitus: q̄ moriturus uiueret.

Nemo doleat ex suis amississe aliquē: q̄ mortalis fuerit.

Ea lege nascimur omnes ut moriamur.

Tertius titulus.

Consolatoria pro re perditā familiaris.

Quam magnam tibi rem fortuna sustulerit naufragio: non potes non congemiscere: ut mihi quidē renunciātū est: facis ut interdū illi solent: q̄ languent aliqua ægrotatione: quos cogit naturalis dolor non posse interdū seipso tolerare.

Medici uero q̄ ualent meliuscule inducunt quæ ad medicinā profunt. **C**ogita per deū immortalē hęc fortunæ bona semper fuisse lubrica: neminēq̄ unū diem tuto possedisse. Itaq̄ recte philosophi uoluerūt extra animū & extra corpus esse fortunæ dicenda bona. **Q**ualis autē fortuna sit lege

**Onidi^o de
ponto**

Nasonem inquentē: **P**assib^o ambiguis fortuna uolubilis errat. **E**t manet in nullo certa tenaxq̄ loco. **Q**uid igit tibi dolendū est: si pro ueteri sua cōsuetudine fortuna tibi rapuit quæ tua nō erāt: **S**i diminutū esset tui corporis decus: posses id fortassis impatientius ferre. **S**i uirtus & laus tua & omne animi decus deteri^o factū esset: non iniuriā tibi ducerem lachrymandū: & ad cælū usq̄ tollendos ululatus. **T**ua em̄ hęc sunt cū q̄bus immortalē gloriam sis consecuturus.

**Basiliius ma
gnus**

Sed quæ solent (ut **B**asiliius inq̄t) **A**leax̄ more ab uno in aliū comutari: nec stabilia possunt appellari: nec cū effluerint gemēda sunt. **A**t dices: ad necessitatē non est mihi fortunæ satis. **C**ui ego: **N**aturā ne ignoras paucis minimisq̄ cōtentā esse: **S**i nequibus ul' **L**ucull^o aut **C**ras sus uiuere: uiues ut **T**ellus atheniēsis: ut **C**odt^o **R**oman^o.

**Tellus athe
nienſis
Codt^o Ro
manus**

Si non erit tibi domi regius splendor: erit ciuilis parcimonia: & urbana modestia. **C**ommunis est quotidianaq̄ in singulis orbis partibus hęc tua iactura. **S**ed stultos opprimat dolor: sapientes ratio moderat. **E**ssem in hoc dicendi genere lōgior: si censerē hęc & multo plura te latere. **S**ed

TITVLVS III

quoniam satis intelligo ad te consolandū in hac re nullū argumentū incognitū esse tibi quæ scripsi: non arbitreris ut tibi consulā esse missa: sed ut declarē non esse me imemorem pietatis in te meæ. **Vale.**

Consolatoria pro re perdita familiarissima.

Accepi naufragiū tuum: & ut perturbaris eam ob rem intellexi. **C**erto consolarer te plurib⁹ argumētis: nisi pro nostra familiaritate te cognoscerem: ut inq^t **Horatius**: intus **Horatius** & in cute. Itaq; scio te prudentē: facileq; intelligere fortunæ quæ appellantur bona nullius esse propria. **Q**ui si terra in his reb⁹ nemini fidem seruat: quanto min⁹ seruabit pontus: cui qui se fidit: ut Iuuenalis ait: est digitis a morte delatus quattuor aut septem. **T**antus est biat⁹ in pelago: ut a sidue submergant rates. **S**ed quid leuius q̄ se committere tentis quorum continua mutabilia quanta sint: qui nescit homo non est? **E**iuscemodi naufragia quotidie fiunt: fortunæ nulli sunt æterni comites. **A**milisti rem nō tuā: qđ suum erat fortuna recepit. **V**irtus tua consilio & ratione tibi modo seruetur & augeatur: nō deerit prope diem res amplior atq; magnificentior. **H**æc satis: quod reliquū est: me habes: cuius rebus omnibus æque uti possis ac tuis. **Vale.**

Consolatoria pro re perdita Grauis.

Et prius acceperam nescio quid: & nunc factus sum certior naufragio te rem non paruam amisisse: proptereaq; mirifice angⁱ. **H**aud recte saperent: q̄ tecū beniuolentiā iunctis hoc aduersus te fortunæ uulnus dolendum admodū censerent. **E**go uero q̄ & si non sapio: curo tamen sapientum imitari consilia: neq; dolendū esse arbitror cuiq; hūc casum qui te amet: nec tibi uel ferendū iniqua mente uel censendum inopinati quippiam accidisse. **Q**uis est enim **Bona fortuna** qui dicere possit suū esse quod fortuna largiri solet? **N**am siue maiorū exempla sequamur: seu ueterū sententias audiam⁹: q̄q; ad uirtutes exercendas sunt hæc quæ dicuntur fortunæ bona necessaria: neq; tamen in corpore neq; in

Bona fortuna

tunæ

TITVLVS III

- animo sita ualēt hominū appellari propria. **Sunt em̄ in sta-**
 bilia: lubrica: & quæ cōtinue mutant: ut illud est **Senecæ:**
Seneca in Rotat omne fatū. **Et rursus: Quē dies uidit ueniēs super-**
Hercule bum: hunc dies uidit fugiens iacentē. **Quāobrem & iure**
 ac merito illud addit: **Nemo confidat nimīū secundis: ne-**
Iuuenalis mo desperet meliora lapsis. **Miscet hæc illis ꝑhibetq; Clo-**
 tho stare fortunā. **Nōne & illud restat Iuuenalis: Si fortu-**
 na uolet fies de rhetore consul. **Si uolet hæc eadem fies**
 de cōsule rhetor; **Et rursus illud: Seruis regna dabunt: ca-**
Boetius dif- ptiuis fata triūphos. **Sed bene monet idē inquiring: Nullū**
finis: Fatum numē abest si sit prudētia: sed te nos facimus fortuna de/
 am cæloq; locam?. **Nam & Boetius ipse Severin⁹ ita fatū**
 diffiniens: **Fatū est in bærens immobilibus series: qua diuina**
 prouidentia suis quæq; neçit ordinibus. **Et nō multo post**
Iuuenalis ul- ait: **In nostra potestate sitū est qualē fortunā fundare ma-**
tima satyra limus. **Nemo sapiens quicq; sibi duxit esse subreptum cū**
Seneca in fortunæ amissit: & plærīq; suarū uirū compotes nō dolēt
tragœdia fortunæ cursus sibi fuisse aduersos. **Et Iuuenalem audiunt**
 dicentē: **Plus fati ualet hora benigni: q̄ si te Veneris cōmē**
 det epistola **Marti. Non omnino approbo Senecæ illud:**
Homeri **Non sollicitæ possunt curæ mutare rati stamina fusi. Sed**
ulyxes sapientibus cōsultoribus nemo cōgemiscat si quid aduer
 sitatis fortunæ sibi ereptū est. **Non doluit apud Homerū**
Vlyxes: nec se quicq; perdidisse dixit: cum naufragiis nu
 dus est eiectus ad **Corcyrā:** sed tāta uirtute uir præditus a
Phæacibus & Alcinoō rege susceptus est humanissime:
 ditiorq; dimissus q̄ ante iacturā fuisset. **Quicquid hæc bo-**
 na eos: a quibus coli solent interdum peiores efficiunt: ut
Tullius inq̄t **Tullius. Cum his em̄ pferunt uoluptatibus qui sunt**
 epicurei: & patrant multa scelera qui mali sunt: sed cū nō
Augustinus sit malū aurū & argentū quæ creauit deus (ut **Augustinus**
 ait) sed malus homo dimittēs creatorem & cōuertens ad
Dauid creaturam: ut illud est **Dauidicum: Simulacra gentiū ar-**
 gentum & aurum. **Quis tamen possit se tuto dicere possi**
Croesus dere quæ nullus habet certa? **Croesus enim Lydorum**

rex cui tantus thesaurus erat: uno die a **Cy**ro perſaꝝ rege tot tantifq; diuitijs priuat⁹ eſt. **At** **Cy**rus ipſe a uili mulier, **Cy**rus
 cula & regno ſpoliatus eſt & uita. **Q**diu frætus eſt **Darius** **Darius**
 perſaꝝ gaꝝa: **Q**diu **L**acedæmoniorū & **A**thenienſiū reſ/
 publica ſuis opibus potitæ ſunt: **A**rtaxerxes qui cū tanto **A**rtaxerxes
 apparatu terra marifq; inēminareſ in **G**ræciā: minimo quo
 dam nauiculæ ſpacio cōtentus in regnū redijt omni exer
 citu perdito: **Q**uis fuit **H**ānibali finis: q perterrefaciebat **H**annibal
 orbem: **Q**uis **P**ompeio: **Q**uis **C**æſari: **Q**uis deniq; ma/ **P**ompeius
 ximis regib⁹ exit⁹: **V**t illud ē **H**oratiij: **A**d geneꝝ cereris **C**æſar
 ſine cæde & uulnere pauci deſcendūt reges: & ſicca mor/ **H**oratius in
 te tyrāni. **S**ed prætereamus principes: quorū fortunæ (p **S**ermonibus
 pter ambitionis obiecta tela) rotant̄ aſſidue: q̄ crebri ſunt
 huiuſcemodi caſus ut naufragio corruāt opes plurimæ.
Nam q ſeſe cōmēdat æolo: ducitq; tuta eſſe ſua ſingula: iſ
 haud minus inſanit: q̄ ſi in medijs leonibus decertans cum
 beſtijs faceret ſibi uitæ fidē. **C**ōmuniffimū ē igit̄ hoc peri
 culorum genus: ut poſſit iam quotidianū appellari: **for**tu/
 næ uero munera in boim poteſtate nō ſunt: & eo debent
 haberi in precio: quo **T**erentius uoluit inquit̄: **H**æc per/ **T**erentius
 inde ſunt ac animus q̄ utitur. **Q**uod ſi ſapies ut antebac fe
 ciſti: ſemper in firma ſolidaq; uirtute rem tuā omnē collo/
 cabis. **N**am quas diuitias appellant: ut **A**urelius ait: uere **A**urelius
 non ſunt: **B**ona ea dici debēt: quæ gloriā imortalē pariūt.
Scribere ad te plura: ſi cenſerem tui potius cōmonendi: q̄
 amicitiaꝝ meæ cauſa ſcribendū eſſe. **V**ale.

Synonyma cōſolatoriā pro re perdita.

Fer æqua mente rem amiſſam.

Noli deſperare meliora tranſactis.

Ne deiicias animū propter fortunæ aduerſitatem.

Eſto bona mente in perdita re minime tibi propria.

Nihil amiſſiſſe iudica cū pecunia tibi ſublata eſt. **C**ui uir/
 tus ſuppeditat gloriā: ei fortunæ difficultas lugēda nō ē.

Imitandi ſunt ſapientes: qui nullam ſibi iacturam fortuito/
 rum duxerunt eſſe lugubrem.

TITVLVS III

Sapiētis cōsilio patiēter ferēda sūt aduersa fortunæ tela.
Immoderata tempestate nullus fortis deiecta mente ia
cuit: sed eo fortior factus est.

Cum animi uirtute toleranda sunt fortunæ bella.

Qui patiētiae loricā induit fragilitatē fortunæ nō metuit.

Solet animi magnitudo tunc esse præstantior: cum occur
runt pericula grauiora.

Nihil est in aduersitate desperandū prosperitatis.

Titulus quartus.

Consolatoria pro exule familiaris.

Legi tuam epistolam nō minus iniucūde q̄q̄ tu uideris im
patientissime ferre: q̄ extra patriam urbem cogaris exu
lare. **V**bi nā tua solita prudentia nūc latet? **N**onne iam pri
dem intellexisti nihil esse dolendū: quod neq̄ famā apud
doctos & probos damnet: nec gloriā faciat esse apud su
peros diminutam? **Q**uis em̄ uir bonus est qui non manife
sto cognoscat nullo te tuo crimine factū exulem: sed inui
doꝝ delationibus & improborū studijs? **Q**uod si quo fa
ctum id esset tuo scelere: causam exilij tui nimirum dolen
dam tibi esse censerem. **N**am in hominū coronā uenires
criminandus & assidue impietatis accusandus: & rei fama
quæ in te notāda esset iure ac merito: nec posset ab homi
num clarissimoz iudicijs reuocari: nō esset abs te sine tuis
lachrymis audiēda. **S**timularēt em̄ te cōscientia quæ ante
oculos poneret nefas qd̄ patrasses: doceretq̄ te tuæ cul
pæ pœnā lucrari: esset intolerabilis exilij pœna: sed intole
rabilior certe cōscientiæ culpa. **M**e miserē dicerēs tecū lo
quēs qd̄ cogitauit? qd̄ secut⁹ sum⁹? qd̄ uoluit⁹? qd̄ errauit⁹? quā
pœnā sceleris dedisti? ubi patria? ubi penates? ubi solatia? ubi
clientelæ? ubi reliqua tibi in urbe suauissima? **O**mnium
Boetius memor esses: meritoq̄ illud **Boetij** posses in te cognosce
re: Infelicitatum omnium pessimum esse gentis se memi
nisse fuisse fœlicem. **A**t nunc cum intelligas errasse te ni
hil: sic dices ad te cōuersus: **E**go nihil commisi sceleris: de
cepi neminem. **N**eq̄ fide fragus dici possum: nec alicuius

TITVLVS III

criminis auctor. Inuidiæ me tela sunt infectata: quã sic **Ci** Cicero diffiniuit: Inuidia est ægritudo alieni boni. **C**omunis est hæc pestis procerum ualitudini paratissima. **N**am ut il lud est **Senecæ**: Feriūt supremos fulgura montes. **N**emo **Seneca in** me ex patria pepulit: cum sim ubiq; terrarū atq; gentiū be tragœdia ne: ac cū uirtute uiuens patriã inuenturus. **N**eq; erat illa patria: quæ nō mihi sed scelestissimis plurib⁹ est cōmunis. **C**ōsiderabis deniq; ex maximo fluctuū turbine in trāquil lissimū te portū peruenisse: hoc est ex summa difficultate sulurronū: murmuratoꝝ: inuidorū: detractorum: decocto rum: delatorūq; quibus abundat tua patria: in optimum conuentū bonorū: ciuiūq; præstantiū profectū esse. **H**æc scio tibi esse perspectissima: nec q; ea ignoras ad te scripsi: sed ut in receti uulnere amicissimi medici officio fungar q uel nō uocatus accedā ad medicandū. **C**ura ut ualeas.

¶ Consolatoria pro exule familiarissima.

Quod exulem te proscripserint inuidi atq; improbi qui dam: qui tuæ laudis maiestatem non poterāt tolerare: ne doleas amice optime. **S**ic enim ab illis fieri solet: quos diffi militudo morū atq; studiorum reddit inimicos. **Q**uō po teras illis esse gratus: qui sūt omī uitio polluti: **I**ure te igiē noluerūt secū esse: quē sciebāt sceleꝝ sociū habere nō pos se. **V**ives cū illis & diuti⁹ & fœlicius quos istic inuenies tui similes: probos inq; & iustos: quoz; societas & cōsuetudo poterit omni te semper molestia liberare. **V**ale.

¶ Consolatoria pro exule Grauis.

Quod exiliū lugeas quasi rem molestissimā & quam nequeas tolerare: uolui misericōdia quasi ad te recreādum cōmoueri: quippe qui nō possum aliqñ humanitatis officio nō fungi. **C**um ut inqt **Terētius** possim dicere: homo sum: humani **Terentius** nihil alienū a me puto. **D**ocet & nos **Apostolus** inquiens **Apostolus** debere nos gaudere cū gaudentibus: & flere cū flentib⁹: & ne humanitatis officium turpe sit: nec gaudium uel fle tus sine recta ratione. **N**am q̄q; omnis passio improbanda est: cum cōtra rationem niti uideatur: tum eo est fœdior:

- quo magis excedit: & non obseruat illud **Vlyxis**: quod apud
Terentius **T**erentiū usurpatū est: ut **Ne** quid nimis: cogit natura nos
 aliqñ dolere & cōgemiscere. **Non** em̄ sumus ferrei: ut nul
 lus in nobis sit sensus: sed in omni re seruandus est modus
Ciceronis ille **Ciceronis**: & tenēda mediocritas **Aristotelica**. **Nisi** fra
 modus naremus impetus sensitiuos: & cum ratione moderareē
Mediocris appetit⁹: certe int̄ nos & baluas nihil interesset. **Sentiūt**
 tas aristo em̄ & ille quæ dulcia sunt & quæ amara: doloribusq; atq;
 telica uoluptatibus inuoluuntur. **At** in nobis consiliū temeritati
 præficiē: sobrietas intēperatiā: Innocentia maliciā: & om
 nis ratio scelerib⁹ cunctis. **Itaq;** cū uel graue ac perdifficile
 fuisset hoc onus exiliū tui: debuisses post diutinas lachry
 mas cōualescere: & te totū tibi reddere. **Ego** igit̄ iam me
 ipsum in mentē quietiorē traduxi: cognouiq; tuā hanc ad
 uersitatē: neq; lugendā esse: nec aduersitatis cognomētū
Exiliū promereri. **Nam** sunt qui diffiniant exiliū: quasi extra solū
Socrates patriū. **At** **Socrates** cū quærereē cuias esset: mūdā⁹ sum
 respōdit: declarat hoc responso: nō esse uirū grauem atq;
 doctū alicuius urbis terminis regionibusue finibus circū
Cicero septū: sed in uniuersū orbem posse aperta fronte sūmaq;
 cū laude progredi. **Itaq;** recte **Cicero** nō esse interminādū
 illis ait exilium: quibus urbs una circūscripta non esset: sed
Hercules ar omnis orbis foret patria. **Iure** igitur **Hercules** argiuū se di
 giuus xit: subdiditq;: sed ois **Græcia** mihi patria ē. **Quod** si recte
 metimur uitæ nostræ cursus: diligenterq; intuemur unde
 uenimus: quoue pergimus: intelligere manifesto possu
 mus: nullā esse nobis in hoc orbe patriam. **Quod** si recte
Apollo nos nouimus: ut **Apollo** monuit: ex cælo sumus in terris
 missi: ut per eas peregrinantes in cælum deniq; redirem⁹
 ubi uera est nobis patria. **Nōne** ubi parētes hominū sunt
 ex quibus uerā expectant hæreditatē: ibi patriam morta
 les esse dicunt: **Nam** & huic patriæ **Cretenses** censuerūt
 post superos: nos prima debere iura. **Sed** deus omniū bo
 norū parens est: quos sibi hæredes futuros esse promisit:
 & instituit cohæredes **Christi**. **Eam** igit̄ sanctā ciuitatē: de

TITVLVS III

qua abunde locutus est **Diuus Aurelius**: debemus nobis **Augustin^o**
 patriā affirmare: & ab ea ne exulemus: omni cura p̄uide-
 re. **Nec** em̄ illo exilio uel inuidis testibus uel iniquis iudi-
 cijs cōdēnaremur: sed hoc orbis exiliū nemo sapiēs alicu-
 ius extimat precij: præsertim cū apud indoctos nunq̄ ma-
 gnificati fuerint uiri clari. **Exulauit Alcides** qui graciā om- **Hi exula-**
 nē summis affecerat ornamentis. **Eiectus** est **lacedæmon** **runt**
Lycurgus q̄ eā tam præclaris legibus instituerat. **Athenis**
 pulsus est **Solon**: q̄ tradiderat populo iura quæ se q̄rent.
Pulsus Alcibiades: male habit⁹ **Melciades**: male **Pericles**.
Romani uero **Romulū** cōditorē interemerūt: **Camillū** fe-
 cerūt exulē: **Ingrati** fuerūt i **Scipionē**: In **Tulliū**: i plærosq̄
 alios quorum nomina prolixius esset q̄ utilius dicere. **Sed**
 quot uiri præstātes p̄ deū imortalē habiti sunt extra nata-
 le solum præstantiores q̄ domi: **Nam** **Luci⁹** dimissis **Vol-**
scis: habitus est **Romæ** rex: **Tarquini** cognomēto. **Pytha-**
goras uero: **Aristoteles** & **Tullius** & **Naso** & **Maro** extra
 domū primā floruerūt & claruerūt. **Cadmus** longe e pa-
 triā **Thebas** cōdidit. **Mari⁹** arpīnas natus: **Romæ** uir ma-
 gnus factus est. **Nescis** raros in patria p̄fectos esse: obstat
 inuida: obstat ambitio: obstat competitio: obstant cōten-
 tiones: & cætera quæq̄ quibus uulgus ministris utitur ad-
 uersus sapientes. **Non** est igitur dolendum tibi quicq̄: nec
 censendū amisisse te patriā q̄diu & uirtus te comitabit: &
 uirtutē fama prosequet: & famā attinget imortalitas tui
 nominis. **Hæc** quotiēs cogitabis: totiens arbitraberis hoc
 pacto fauisse tibi superos: & **Iouem** tuæ rei optime consu-
 luisse. **Vale** ex **Mediolano** tertio **Nonas** decembris.

¶ **Synonyma** consolatoria pro exule.

Ne feras graue exul esse.

Fer æqua mente tuū exiliū.

Ne doleas q̄ urbe careas patriā.

Non sit tibi difficile exulare.

Non est extra patriam: cui est uirtus.

Non debes te exulem arbitrari: qui ubiq̄ ciuis es.

e

TITVLVS V

Patria carent malistu uero semper es in patria.
Tolerabilis est tibi exulatio ab inuidis & malignis.

Vbi tibi bene est: tibi patriam esse censeo.

Ne ducas te exulare alicunde: cum tua uirtus nunq̄ possit exul esse.

Fac ut sis animo constanti sic extra urbem honorandus: ut in urbe pollendus fueras.

Tunc te exulē duces: cū fama gloriaq̄ priuatus uiues.

Patria tua cælū est quo uirtus assidue dirigit atq̄ ducit.

¶ Quintus titulus.

¶ Gratulatoria familiaris.

De prætura **A**cepi ter prætorē **F**lorētīæ urbis designatū esse: q̄ te ad id muneris delegerūt: nequiuērūt nō esse uiri omni laude cumulati. Id ea sum assecut⁹ cōiectura: qd' afficiunt mirifice suæ patriæ. **C**urauitq̄ diligenter quicqd ad eius attinet dignitatē & ornamentū. **Q**uid em̄ digni⁹ & ornati⁹ i ciuitate benemerita dici potest: q̄ iusticiæ mun⁹ nō præterire & ei⁹ habere maiestatem ante oculos: **O**fficiū aut̄ hui⁹ quæ uirtutū moraliū est excellentissima: in te cōsistit imprimis: ut bonus & fortis prætor ius suū cuiq̄ tribuat: & alios ad uirtutes alliciat p̄positis præmijs: alios deterreat a sceleribus pœnarū metu. **Q**uātū aut̄ in omni tuæ uitæ actiōe ducē fecut⁹ sis: nec nunc explicabo: nē gratulandi loco ad laudatoriā accedā epistolā. **V**nū ausim affirmare cōsuluisse **F**lorentinos rei publicæ suæ nō temere nec improuide: sed accurate atq̄ studiosè: **E**ūq̄ sibi delegisse prætorē: cui⁹ & ægtate maxī mā utilitatē ac urbis amplitudinē & dignissima cōsuetudine sūmā sint iucūditatē assecutūri. **S**cio q̄ oderis nefādos & quāta seueritate criminū auctores uelis plecti: ut possis iure & merito **C**ato quōdā cēsorin⁹ appellari: & nō iniuria ualeas inē eos cēsores numerari: quos uerebāt etiā ip̄i urbis principes. **H**oc aut̄ tuæ mēt̄ institutū q̄s nō nisi insan⁹ pōt nō unice cōprobare: **N**ā iccirco gen⁹ hūanū ad incolēdas urbes inductū ē a ferina illa libertate: q̄ pri⁹ uiuebat inē syl

**Cato censo-
rinus**

TITVLVS V

uas & latibula; ut muniret mœnib⁹: & prætoris sagacitate iusticiæq; defenderet illæstū. **At** ubi tu es æquitatis minister: ibi esse censeat **Herculē**: & qui & mōstra plectat & tyrānos. **Cū** bonis autē q̄ familiarit̄ agis: q̄ human⁹ es: q̄ facilis arte & suauitate loquēdi: & grauitate sentētiarū: & oī deniq; uitæ cursu qui tecū uel publice uel priuate quicq; agit: fateat̄ sese **Nestorē** audiuisse **Vlyxemq;** cōsuluisse. **O Nestoris & igit̄ bñfactū & prudētissime urbi Florētinae cōsultū.** Itaq; **Vlyxis facū** & **Florētinis** qui talē sint habituri prætorē: & tibi q̄ tantæ dia præfuturus sis rei. **P.** summopere gratulor: cupioq; nos fieri quotidie fœliciores ut laus utrorūq; p̄mulget̄. **Vale.**

Familiarissima Gratulatoria.

Gratulor tibi mirifice: q̄ mas tibi natus sit fili⁹: nec tibi soli **De filio** gratulor: sed & p̄ri tuo niro grauissimo: & matri fœminæ nato pudicissimæ: & cōiugi tuæ m̄lieri castissimæ. **Scio** em̄ uos omnes hac puelli natiuitate lætissimos esse. **Nec** iniuria cū & parentis & aui propagationem sobolis cupiant præter cætera. **Lacedæmoniorū** enim & **Atheniēsium** instituto quisq; suæ patriæ debet ciues: & quo plures ei gignit: hoc magis est ab urbe laudādus. **Et** mulier puerpera q̄ possit maiorem assequi iucūditatē: q̄ nacta est cum peperit: **Nā** & **Aurelius** inquit: **Nulla** alia de causa nubat mulier: q̄ ut **Aurelius** mater fiat. **At** auus auiaq; q̄ ualēt maiore uoluptate affici: q̄ si sentiant in successorum diuturnitate sui nominis æternitatē: **Iure** igitur ex **Cornelia** familia scimus minore cognomento non fuisse genitum: sed ex **Aemilia** ortum adoptatū esse in **Scipionis** domū: ne genus illud laberetur. **Idem** in **Fabiorū** genus scriptum est. **Idem** de **Octauio** legimus: **Idem** de **Nerone**: **Idē** de **Othone** ac plarissq; alijs. **Necq;** enumerare ē necesse: quāto fœliciores alijs sint q̄ ex se natos uidēt nepotes atq; filios. **Iure** igit̄ uobis oībus ita gratulor: ut intelligatis hoc mun⁹ æque mihi iucundū esse ac si cælit⁹ meæ domui cōtigisset. **Vale.**

Grauis gratulatoria.

Quod tandē tibi fortuna fauere cœperit audiui plibētes

TITVLVS V

Cicero
Lactantius

Tullius

Aristoteles

Pythagoras
Plato
Martialis
Iuuenalis
Perſius

Virgilius
vj. ænei.
Iuuenalis

Iuuenalis in
umbricio
Tullius

Horatius
Iuuenalis

Spes em̄ potest esse bonis in omni re sua: qui mirifice de-
 sperabant. **Nam** ut illud est apud **Ciceronē**: **Cū** bonis be-
 ne fit: bonis quoq; reliquis bene sperandū est. **Lactantius**
 aut̄ per pulchre docet bona sibi fundamenta uirtutē cōie-
 cisse: cū pr̄mia reddebant̄ bonis artibus. **Torpescūt** em̄
 ingenia & rigescit mēs bona cū uidet suæ laudi nullū esse
 locū. **Iuxta** enim **Tullianū** illud: **Honos** alit artes & om̄es
 ad uirtutes incendit gloria. **Pecunia** uero & reliq; fortunæ
 bona: quæ uirtuti suppeditat̄ necessarios usus: **Et** sunt ut
 inquit **Aristoteles**: ad exercendas uirtutes instrumēta: si
 præsto non sunt laboribus iustis: debilitant̄ & enervant̄
 ingenia. **Q̄obrem** & **Pythagoras** & **Plato** & pleriq; phi-
 losophi: tum suis studijs omnē operā adhibuerunt: cū cu-
 ris familiaribus caruere. **Quare** & **Martialis** iure inquit:
Sūt mœcenates: nō deerūt flacce marones. **Vnde** & illud
Iuuenalis. **Quod** si **Virgilio** & cætera. **Merito** igit̄ **Perſi**
 ait: q; si dolosi spes refuſerit numini coruos: **Poetas** & po-
 etridas picas cantare credas pegaseū melos. **Nec** sine sū-
 ma diligētia accuratissim⁹ ille poeta **Virgilius** ait: **Si** te fa-
 ta uocant. **Nā** auctoritate **Iuuenalis** illud uerū esse cerni-
 tur: **Haud** facile emergūt: quorū uirtutib⁹ obstat **Res** an-
 gusta domi. **Hodie** uero nemo bonis doctisque donat: at
 pauperes contemnunt̄: & quantū quisq; sua nūmorū ser-
 uat i arca: ut dixit **Satyrus**: tantū habet & fidei. **Quare** cū
 uirtuti fortuna fauet: mirifice gratulandū est & gaudēdū
 nobis: qui eadem (ut **Tullius** ait) in causa uersamur: qua &
 tu olim: uideo aut̄ similitudinē quādam tuorum cum tem-
 poribus meis: ut qñ tu post diuturnos labores donat⁹ es
 tua mercede **Idē** t̄dem mihi sperandum esse ducam. **Cœ-**
peram em̄ torpescere existimareq; nusq; esse uirtutis ad-
 miniculū implorandū: quippe qui uiderem in illa **Horatij**
 tempora incidisse: cū inquit: **O** ciues ciues quærenda pe-
 cunia primum: uirtus post nūmos. **Recte** igitur **Iuuenalis**
 illud: **Diuitiarū** maiestas & si funesta pecunia templo non
 dū habitas: nullas nūmorum ereximus aras. **Nam** ut eru-

ditissime **Quidius** cōplexus est: **Crede** mihi miseros prudentia prima reliquit. **Et** sensus cū re cōsiliūq; uenit, lacebas in fimo: ut aiunt; nec tibi succurrere laborāti: nec alijs abs te auxiliū postulātibus fauere poteras. **Itaq;** sordescūt oīa rubiginēq; contabescunt: quibus fortuna præsto esse non solet. **Ita** em̄ ager & si natura foecundissimus; uberrimosq; si colere fructus pariens: ubi negligē atq; desert⁹ est syluefcere solet & emāuescere: ac adeo arere ut nisi refortetur atq; stercorizet: ab eo nihil plane sperandū sit. **Nunc** uenit in mentē illud tempus: quo me cum lachrymis non nunq; ad cōmiserationē puocabas: & fortunā tuā deplorans quæ foret abiectissima: & meā longe inferiorē tibi cōmunē existimans a qua nequires adiuuari. **Licet** nūc iisdē uti lachrymis pro meipso. **In** hac erga tuā foelicitatē gratulatione rogareq; ne me deseras: nec me iacere diutius affligiq; tantopere patiaris. **Nam** istam in te fortunæ consuetudinē: & si fortuna duce collatā uideo esse: prudentia tamen tua uirtuteq; singulari ductā & quasi coactam censeo. **Est** enim in campo laticū illud: **Nullū** numen abest si sit prudētia: sed te nos facimus fortuna deam torcamus. **Iure** igit̄ **Cicero** Stoicorum sententiā fretus: **Omnes** sapientes inquit diuites esse. **Et** **Plato** uoluit uirtuti ad bene beateq; uiuendū deesse nihil. **Sed** si peripateticorū nos auctoritas admonet: **Eruditissime** dixerunt fortunæ bona ad uirtutes exercendas & amplificandas plurimū afferre adminiculi: & uæbementissime necessarias esse. **Nūc** igit̄ memini me apud ueteres percurrisse **Pythagoram** **Carneadē**: **Democritū**: & plūrosq; alios tūc cœpisse omnē operā adhibere philosophiæ: cū & curis uacauere familiarib⁹: & reb⁹ astluxere ad uiuendū necessarijs. **Quis** enim quē domestica cogat ægestas in grandiozem potest uirū equadere? **Non** ab re scriptū est: **Pectora** nostra duas non admittētia curas. **Tūc** & **Demosthenes** **Athenis** **Demosthenes** fabro nat⁹: **Et** **Cicero** arpinas **Romæ** magnificatus est: cū diuitiæ suppeditarūt ocium. **Idcirco** satyricū

Iuuenalis

Cicero

Plato

Horatius

Demosthe-

nes

Cicero

Iuuenalis extat illud: quid **Tullus**: an ne aliud q̄ sydus & occulti mi-
Boetius randa potētia fati? Q̄ si **Boetius** in nostra potestate sitū
 esse uoluit: qualem fortunam fundare malimus. **Luget** &
 ipse tamē suorū aduersitatē temporū: & fatū inquit est in/
 bærens immobilibus series: qua diuina puidētia suis quæq;
 necit ordinibus. **Casum** autē diffinit esse inopinātū rerum
 euentum. **Obrem**: & occurrant oportet intempestiua
 importunaq; mortalibus plurima: quibus & sæpe concul-
 centur & suffocentē interdū: & rursus cum dulcīa nō me-
 minit qui non degustauit amara. **Post** pharmacū est uali-
 tudo expectanda: & post tenebrosas pcellas serenissima
Vir. j. aene. sperāda tempestas. **Quare** **Virgilius** ut doctissime cūcta:
Aeneā inducit socios hortantē dicere cogit: uos & **Scyl-**
leā rabiē: uos & cyclopea saxa experti reuocate animos:
 mcestūq; timorē ponite: forsan & hæc olim meminisse iu-
 uabit. **Et** rursus paulopost: **Per** uarios casus: p tot discrimi-
 na rerū tendim⁹ in latiū. **Sedes** ubi fata quietas ostendūt:
Iuuenalis illic fas regna resurgere **Troiaē**. In hoc tu tempus iam pue-
 nisti: nec in illud incidisti **Iuuenalis**. **Durate**: & uosmet ser-
 uate **Cicadīs**. **Expectationi** tuæ datus est deniq; modus &
 tuarum uigilarū solennē fastū es consecutus. **Gratulandū**
 est igit tibi mirifice: mibiq; ac cæteris bonis omnibus spe-
 randum id ocuis: quo tua intercessione: tua diligētia: tuo
 erga bonos studio precium sim⁹ nostræ sedulitatis impe-
 traturi. **Erant** uenalia quæcūq; appetebamus: diminui uē-
 ditione nihil poterat. **Si** diuites alloquebamur **Sphinges**
 adibamus. **Distichū** aut tetrastichū nō erat ædendū **Mar-**
 tialis more: ut inde speraret aliquid. **Et** lucerna simul &
 papyrus terebat. **Respirarunt**. ut uideo: bonæ litteræ q̄n
 tibi tradunt uirtutis præmia. **Vtinam** hanc fortunæ accl-
 sionem in te fortuna accumulet: ut quēadmodū nunc gra-
 tulamur tibi: sic instar tuæ progressionis possimus nobis
 unice gaudere. **Feliciter** nūc uiuis. **Beatissime** tunc uiue-
Cicero i tu-
 scu. quæsti.
 mus. **Eritq;** gratulatio hæc eo cōmunior: quo propensius
 omnes ad uirtutē stimylabit. **Nā** ut **Ciceronis** extat illud

TITVLVS VI

Honos alit artes. **T**u bene uale. **Ex** Mediolano pridie ca-
lendas **Decembris.**

Synonyma **Gratulatoria.**

Tibi unice gratulor.

Mirifice tibi gratulandū arbitror.

Tibi gratulor supra modum.

Nunc tuæ foelicitati quis non gratuletur?

Nemo est cui hoc tempore magis quā tibi gratulor.

Haud facile possem exprimere: quāto opere tibi gratulor.

Quanta sit mea in re tua gratulatio: nec prolixiore quidē
epistola exprimeret.

Perinde tuæ gratulor uoluptati: ac si me ipsum attigisset.

Tibi uni præ cæteris oib⁹ hac tēpestate plurimū gratulor.

Gratulandum tibi esse duco: tam uæbementer ut nihil ad
cumulū addi possit.

Adeo tibi gratulor hac audita fortunæ accessione ut nihil
me uoluptuosius audire potuisse censeam.

Cū primū accepi quā foelicitē tecū actū est: ita gestire cœpi
& tibi gratulari: ut mei nō uidear esse compos.

Quam pspere tibi successerint omnia & gratulor admo-
dū & exulto: quippe qui & mihi & bonis omnibus non
parū esse fructus sperandū arbitror.

Si uis quā tibi gratuler intelligere: quā tu tibi gaudeas pspicito.

Tua uoluptas mihi cōmunissima est.

Titulus sextus.

Inuitatoria ad amicitia familiaris.

In omni humanæ uitæ cursu id præcipue cōsiderandum
esse arbitror: quod amicitia uim complectitur. **I**d enim est no-
stro generi uæbementius necessariū quo mentes hominū
ijsdem iungantur officijs studiorum: eademque beniuolētia
ui. **Q**uasi nisi nobis alios amicitia conciliaret: nisi amoris cha-
ritate quadā teneremur (ut ita dixerim) irretiti: quibus nos
uel legū: uel cōsuetudinis uinculis alijs deuincerem⁹: aut
quocūque uel nō suppeditatos esse cæteros censerem⁹. **S**ed
quā ea ē pria quod amicitia rō: ut honestatis cā sibi uniantur

animorum uires. **P**rima quoq; ac optima est amicitia quae uirtutis gratia fundata sit; radices (ut aiunt) perpetuas in feracissimo solo propagatura. **A**d hanc consueuere uiri boni se se mutuo inuitare. **Q**uare **L**aeliū **S**cipionē inuitasse legim⁹ ut se amaret. **H**oc exemplo & ipse productus sum: qui tua uirtute singulariq; doctrina pollectus te inuitē: ut me non ames solū: sed pietissime cōplectaris & sinu foueas. **N**ihil erit mihi gratius q̄ ut intelligam abs te amari. **E**go autem pro mea uirili nō amabo te modo: quem qui nō amet: ille saxe⁹ penit⁹ sit: sed obseruabo: **Q**uid obseruabo dixi: obseruo: ac colo pro ea quae in te uirtus est quouis homine benemerente dignissima: quemq; praclarissimū uirū referente. **N**am quantus sis: totus iam orbis terrarum instar miraculi narrat: cui⁹ splendoris tuæq; laudis ptes: ne uidear aut assentari aut adulari: faciā in praesenti missas: ad idē q; redibo qd̄ initio cœpi: non esse tibi negligendū ut amaris: ab eo praesertim qui & si tibi adiuvento nō ero: laudi certe semp̄ ero. **Q**uare fac ut me ames mutuo. **B**ene uale **E**x Mediolano tertio kalēdas Decembris.

Inuitatoria ad amicitia familiarissima.

Quātus sit tuæ uirtutis splendor: una eadēq; omniū accepti uoce: nec potui nō cōtinuo in te diligendū & amandū incēdi ac inflā mari. **S**ed quia nihil esset in uita foedius q̄ esse in eū studiosum: qui studio non delectaret alterius: cupio summopere pari me beniuolentia psequaris. **N**ibilo sum em̄ tibi posthac unq; defuturus: qd̄ & in mea sit facultate uel opa. **U**tere igit̄ deinceps me fortunisq; meis æque ac tuis omnibus. **T**unc me mihi plurimū satiffecisse censebo cum tibi ulla in re maxima satiffecero. **S**um adeo tuæ editus famæ: ut abs te diligi plus appetam: q̄ quicquid reliqui uel diuitiarum cupidi uel gloriae sibi ducunt ornati⁹ sublimiusq; appeti aut contingere posse. **B**n̄ uale. **E**x Mediolano quarto Nonas Decembris.

Inuitatoria ad amicitia Grauis.

Cicero **C**ū reliqua perpulchre ac unice dicat erudite **C**icero: tū

TITVLVS VI

id imprimis amicitiam officij præstantissimi genus ad hu-
 mani generis conseruatione inuentam esse: quæ similitu-
 dine quadã & morum & studiorum septa: & ueluti circũ-
 uallata bonos animos deuinceret atq; tueret. **Q**si **Ari-** **Aristoteles**
stotelis testimonio: nõ secus inẽ uirtutes iusticia splendet
 ac lucifer aut hesperus inter sidera: quid præclarius amici-
 tia: quæ iusticiæ primum atq; præcipuum complectitur &
 munus & officium? **Plutarchus** enim ubi uerbentius **Plutarchus**
 iusticiam laudauit quæ a **Catone** diffinita est: **Animi habi-** **Catonis iu-**
tus: cõmuni utilitate seruata: suam cuiq; tribuens dignita- **sticia**
tem. Hæc dignitas inquit in amicitia solet imprimis distri-
 bui: distributaq; cognosci: sine qua non solũ non uiuerent
 homines in coetu: sed etiã uiui ab officio longius distrabe-
 rentur. **Q**uid iucundius in uitãq; suauius: & humano ge-
 neri optabilius: q̃ habere quibus & domi utamur & foris:
 cum quibusq; de nostris cõmentemur uel uoluptatibus
 uel doloribus: a quibusq; uel collachrymantibus uel con-
 solantibus recreemur atq; reficiamur? **S**um⁹ in hoc orbe
 peregrini. **Q**uid aut̃ charius esse solet peregrino: q̃ ut co-
 mites habeat cũ quib⁹ & itineris sibi sortem esse cõmunẽ
 censeat: & de ijs fabulari possit interdũ quæ aut utilitatẽ
 afferant aut difficultates diminuant? **V**ide quãti sit socie-
 tas facienda: ut uel **Aeneas** iste **Troius:** quos habebat fa-
 mulos atq; ministros: appellat socios. Inq̃t em̃ apud **Virgi-** **Virgilius. j.**
liũ: **O** socij neq; em̃ ignari sum⁹ ante malorũ. **Q**si q̃s dix- **ane.**
 rit in illis non fuisse uerũ amicitiaẽ genus: quod simulatio-
 nem dissimulationẽq; nõ admittit: cum **Aeneas** simularit
 illo **Maronis** carmine: **S**pem uultu simulat: præmit altum
 corde dolorẽ: **R**espõdet ijs casibus amicitiaẽ paratã esse
 simulandi licentiã cum amicis: quibus amicorum illud
 figmentũ genus conducit succurritq; necessitati. **N**am si
 patri filius qui aberat in castris interemptus esse dicatur:
 cũ primũ castra dicunt fugata: gladius paratur **que se iu-**
gulet. **Q**si amicus rem dissimulat ad diem: quæ ut **Terẽ-** **Terentius**
tius ait: hominibus adimit agritudinem: eo referabitur in

TITVLVS VI

tur quæ mala sunt: cæcos amatores fieri. Quo tandē hæc
 omnis epistola tendit: quo sum deniq; puenturus huc p
 fecto ut intelligas: ut primū de tua doctrina: de tua morū
 ac uitæ innocentia: de tua i omni re gratia factus sum cer
 tior: cœpisse me tibi a deo dicari tota mente: ut facilius ui
 tæ cessurus sim: q̄ huic meæ in te obseruantia. **Cupio** aut
 non fieri uox clamantis in deserto: cui nusq; respondeat:
 ut illud est **Liuij**: Opto abs te mihi responderi: mutuūq;
 meū hoc esse amandi genus: sine qua quidem conditione
 amicitia dici nequit: cum eā diffinierit **Plato**: quādam uo
 candi respondendiq; cōuenientiam. **At Boetius** animoꝝ
 cōcordantiā: at **Xenophon** uolūtatis conformitatē. Itaq;
 tūc esse ueram nobis comparatā amicitiam duxero: cum
 uocanti te mihi respondebis: cū æque me prosequeris di
 ligentia: cum me obseruabis: ac te obseruo: cum nil uoles
 quod ego nolim. In his ego nusq; sum tibi defuturus. **Ni**
 bil quod ad tuam amplificādam attineat dignitatem: uel
 omittam uel prætermittā. **Deerit** mihi prius uita: q̄ amā
 di tui & uolūtas & industria: in omiq; re quā meo queam
 præstare ingenio: mea diligentia: meis fortunis: tibi obse
 quendi: cui quotiens in negocijs quibusq; maximis & dif
 ficillimis ab me satis esse cognouero factum: **Mibi** totiens
 gratulandum esse: non secus ducam ac si maximā sim fœ
 licitatē cōsecutus. **At** fac contra ut & me ames & nō indī
 gnū me uel amore uel cōsuetudine tua existimes. **Ad** hāc
 te primus amicitia inuito: quā mihi negaturum esse te nō
 arbitror: cum & in tua sit fundata præstantia: & in tuis sit
 laudibus radices propagatura. **Nulla** enim e mente mea
 te delebit obliuio. **Nullus** te meæ memoriæ surripiet ca
 sus. **Nulla** temporū intercapedo: **Nulla** locoꝝ interualla.
Tuus oino sum: tibiq; deditissimus. **Bene** uale. **Ex Medio**
 lano tertio **Nonas Decembris**.

¶ **Synonyma inuitatoria ad amicitia.**

Cupio plurimū abs te diligi.

Inuito te ut me ames.

Liuius

Plato

Boetius

Xenophon

TITVLVS VII

Facit me tua uirtus amicitiae tuae cupidissimū.

Tanta est tua doctrina ut a te in amicū admitti uæhemētius appetam.

Cogit me tua doctrina tui amoris esse studiosissimū.

Tunc ego me foelicissimū esse ducā: cum me amabis.

Quid est q̄ assidue religiosius deprecer superos: q̄ ut tibi charus sim.

Tātifacio tuas laudes: ut si me nō indignū beniuolētia tua cēsueris: me sis habitur⁹ ppetuū præconē tui nominis.

Ego tibi afficior plurimū: sed ad te meo respōderi studio posco.

Nihil expecto diligentius: q̄ ut tibi me iunctum constantissimo amoris intelligā genere.

Si me amabis nō solū amando non me uinces: sed inuitat⁹ uenies in amicitia: non ultro.

Facio plurimi amicitiam tuam: qua ut me dignū censeas te unice rogo.

Da mihi mutuo: ut te amem.

Fac me cognoscam tibi non iniucū dum.

Si uis amari: ama: dixit **Seneca**: qđ ut i me serues obsecro maximopere.

Respōdebis & tuæ uirtuti pariter & amoris erga te meo: si numero me cōiunges tuorum amicorū.

Facies rem te unice dignam: si me amabis a quo mirū es amatus in modum.

Ne diffugas inuitatus amicitiam meam.

Titulus septimus.

Supplicatoria familiaris.

Affecit me tuus hic seruus nō cōtumelia solū: sed iniuria.

Nam cum peterem: ne in tui finibus agri excedendus mihi fieret iniurius: ea fuit & pertinacia & insolentia: ut cum plurimis in me cōuitijs nō destiterit ab instituto. **N**equi uī non supra modū admirari: cum apud te sit enutritus: qui & humanissimus omnīū esse soleas & æquissimus. **A**t uideo quid inter liberū ac seruum intersit: quātū **Scythia**

TITVLVS VII

referat a Romano. Itaq; non tam quæro de nequicia uer-
na: q̄ potius te supplico nolis hâc illatâ esse nobis iniuriâ.
Qd ut te non iussisse fieri censeo; sic te contrario imperio
continuo reuocaturû arbitror. **R**es est certe non magni
precij; nec cuius utilitatē multifaciam: sed ne uel tu uir op-
timus uiolare me uelle uidearis: qui soles bonorû omniû
defensor esse: uel hâc bælua sese i suis difficultatibus abs
te adiutum iri credat. **A**d hâc aut: hâc si pars agelli meis
hisce prædijs diminueret: aditusq; p hanc ad reliquas fie-
ret eius campi partes: nō posset nō esse mihi detrimento
maximo. **Q**uæ libera ē possessio: pararet sibi eo pacto ser-
uitutē. **I**d q̄ te deceret: procurasse opera tui seruitute cō-
sidera. **S**ed quid ea in re sum longior q̄ solo nutu impetra-
turû me sciam? **O**ro te igitur atq; rogo: ne feras hunc bo-
mūtionem cuiq; imprimisq; mihi uiolentû esse. **B**ene uale
Ex Mediolano pridie Nonas decembris.

¶ Supplicatoria familiarissima.

Agitur in urbe tibi patria mea causa: nec abiecta quidem:
nec precij mediocris. **S**unt aut primates illi ciues tui tales
ut ex re sua donent nihil: ex aliena plurimû rapiant. **E**x q̄-
bus cū eo mihi lis est: qui solet esse omniû pessimus litiûq;
obseruantissimus. **E**go uero ut me perpulchre nosti nihil
difficilius ago q̄ lites: **M**aloq; interdum de fortuna usq;
meo non nihil cedere ut pace uiuâ: q̄ anfractu causâ du-
bioq; litis euentu rem alienam uel usurpare uel quærere.
Scio q̄ graue feras cuiq; iniuriam fieri: q̄q; sit mens tibi ab
omni uiolētia quidē aliena. **T**e igit̄ unice supplico: des ad
eos cum quibus mihi agitur litteras: quibus eos horteris:
malint quod æquū est arbitrio amicorû assequi: q̄ cauidi-
corum astutia iniquitateq; per uim quæ ad se nō attinent
cōsequi: ad eos aut qui forti tenēt leges ac arbitriû: cōmē-
daticias scribas: ut me foueant in ijs quæ iusta sunt. **B**ene
uale. **Ex Mediolano Nonis decembris.**

¶ Supplicatoria grauis.

Cum dedecet uirum bonum quicq; turpe prosequi: tum

TITVLVS VII

- imprimis illud: quod in postulāda supplicandaq; re turpi
 itum atq; locatū est. **H**oc em̄ pacto se turpissimū quisq; pa
 tefacit: & quasi pestiferū morbū euitandū ab omnib⁹: cū
 non solū est ipse malus: ut improbat **Plato**: sed inuitat ad
Plato
Seneca maliciā alios. **N**ā ut ait **Seneca**: Perinde quidē est allicere
 quemq; in perniciem ac orare ut iniuria fiat. **Q**uid si plus
 peccat: qui corriūpīt ad iniquitatē aliquē: q̄ qui corruptus
 est: **I**s em̄ allexit hūc ad transigendū crimen ipsum: hunc
 animi pturbatio p pecuniā aut aliud corruptele gen⁹ cor
 egit imemorē ac improuidū esse sui. **G**obrem & cbristi
 ana sapiētissima fuere uerba: **M**aius peccatū habet q me
Cicero tradidit tibi. **Q** si ab amico postulat aliquid: ea **C**iceronis
 est amicitiae lex habenda semp ante oculos: ut ab amicis
 nō nisi iusta petant: amicoꝝ causa dūtaxat honesta fiant.
Si a principe uero supplicat aliquid: debet illud obserua
Agessilaus ri **A**gessilai q dicere solebat: **E**adē a dijs & principib⁹ oran
 da: si qui constituisent exorare: ut nulla censendū est nos
 duplicitate: nulla fraude posse nos circūuenire deū: Ita ni
Herodot⁹ hil debem⁹ a regibus quærere qd̄ nō omni ex parte præ
 clarum sit atq; iustū. **S**unt (ut inquit **Herodotus**) ipsi prin
 cipes naturæ in terris simulacra: tantūq; cæteris existimā
 dum est eos præstare uirtutis omni genere: sed imprimis
 iusticia: ut nihil durius auditu sit ipsis: q̄ si quid accipiūt in
 iusti quemq; appetere. **V**t mulier pudicissima fert p̄niqua
 mente quicq; audire quod turpe sit: ruboreq; p pudorem
 conficitur: Ita princeps bonus nequit non excandescere
 si quid iniquū ab se posci audit. **V**t luxurioso inquit **Au**
Augustin⁹ gustinus castitatis uerbum est offensio: iniquo uiro recta
 uia: sic optimus rex turpitudinis mentionem execrat: &
 qui supplicat iniusti quippiam: summopere hunc exosus
 est. **P**oscenda igitur sunt honestissima: cū ab omni homi
 num genere: tum ab ijs in quos tanq̄ in numina sunt om
 nium expectationes: omnium conuersa lumina: ut ipsi ad
Psalmistā monent a deo: referente **P**salmistā: **D**iligite iusticiam qui
 iudicatis terram. Ita qui ab huiusmodi iudicibus quicq;

appetit
 datur
 aliquid
 pliciter
 redit
 me
 notat
 legem
 d. Nā
 reus e
 uerben
 tar. N
 audē
 faut
 Cū
 ma
 rit
 ini
 fier
 riu
 tes
 ma
 udi
 mē
 no
 pe
 nisi
 dan
 istuc
 uel m
 q̄ quo
 core ig
 abuna
 ture. No
 patione

TITVLVS VII

appetit: non nisi & quæ deceât uirū bonū appetat & quæ ducata a bono principe præstanda sibi: ne si quid supplicet aliud: una supplicatiōe labor frustra tempus triuerit. **S**uplicatq; tum nihil impetret: tum & iratum sibi principem reddat. **H**æc ego quotiens mecū animo uolutauī clarissimè princeps: totiēs abs te quicq; poscere sum deterritus: ne forte mea causa mihi nimis indulgerem: nec satis intellexerem: essent ne quæ supplicaturus accedebā impetrandā. **N**ā ut **A**ristoteles docet: **O**mnis malus ignorās. **A**pparentis enim opinione boni decipiunt q̄ plurimī: qui cum uahementius errant: sibi honestissimā esse causam opinantur. **N**ūc autē ubi manifesto cognouī rem meā talē esse: ut audēter sit mihi tuū sperandū auxiliū: nec ambigo te mihi fautur; in re clarissima: nec mihi subuerēdū esse arbitror. **C**ū fratri meo his esset amplissima **R**omæ: uidereturq; summa quadā a nescio quo sacerdote lacessitus iniuria: decurrī ad pōtificē maximū: eiusq; obsecrauit sanctitatē: ne qd̄ iniquitatis pateret a suis patrari præsidib⁹. **A**cta trāsactaq; sunt plurima: in idq; tandē est deuentū ut fratris aduersarius ad te causam eam omnē deferrī tulerit nō iniqua mēte: sed ea (ut dixit clanculū cum amico) sentētia: ut existimaret te facile plurimorū litteris induciturum se fore: in id iudicandū qd̄ cupit. **V**ide q̄ iniquus sit ut non modo rem malā ab eo speret qui princeps est & optim⁹ & omniū innocentissim⁹: sed etiā famā de te iam turpem audeat dissepergere ac disseminare. **A**t mihi cui notissimum atq; aperitissimū est: q̄ uel in ipsis pmissis: **A**gin te illū præstes q̄ cui dam instantius dicent: at promissisti: **P**romissi quidē ait: si istud iustum est: sin iniustū: locutus sum: nō promissi: nihil uel nunc uel alias uidetur abs te quærendum accuratius: q̄ quod æquum non uideatur solum: sed etiam sit. **S**uplico te igitur unice: ne quid ille suæ temeritati confusus iactabundus de me audeat per iniquitatem superato: se iactare. **N**on qui petam in eum quicq; iniuria parari: sed ut prætori cæterisque tuis magistratibus iubeas: nihil hac in

Aristoteles

Agis

TITVLVS VII

causa: p cuiusq̄ preces atq; cōmendationes fieri: ut sola sit honestate satis: nec tabular; steē figmentis: nec cauidicorū maleficijs: nec impiorū uel minis uel pollicitationibus.

Hoc aut̄ ipsū nō orarē: si tu tibi iudicādi locū seruasses.

Pericles

At cū in alterius ex p̄dominis tuis causā hanc traduxeris manus: uereor ne quid nō dixerim minus innocēter: minus fiat modeste: sed sit aliquis **Pericles**: q̄ & man^o habuerit & oculos abstinētes: **Supplicandū** esse duxi: præcipias sic rem meā prouideri: ut queri nō possim. **Bene uale. Ex Mediolano octauo Idus decembris.**

¶ **Synonyma supplicatoria.**

Supplico sis mihi adiumento.

Expecto auxilium tuum.

Cupio te fauere meæ causæ.

Nihil est q̄ plus appetam: q̄ auxilium tuum.

Mea causa tuo solo cupit adiuuari consilio.

Cum tuus in me cōueniret fauor: nihil est mihi defuturū.

Habeā te modo propitiū: postulabo hac in re nihil aliud.

Ex omnibus quæ sunt usui futura in hac re mihi te præcipuum aduocatum oro.

Supplicatio mea omnis in te conuersa est.

Mea ois salus a tua salute p̄det: quā assidue i me aduoco.

Pluris te solum facio q̄ cæteros omnes: & i meū fauorem obsecro.

Posco diligentius: ut mihi succurras.

Vnū est qd̄ cōtinue superos p̄cor: ut mihi sis adminiculo

Nulla est oratio mea uæbemētior: q̄ ut in meā te rem conferas adiutorem.

Si fuisti cuiq̄ aliqñ moriger ac obsequiosus: esto in meam hanc causam officiosissimus.

Officium hac in causa tuū experiri cōstitui.

Cum habeas me tibi deditissimū: tu quoq; meis ausculta precibus.

Supplicationē hanc omnē in meā admitte controuersia.

TITVLVS VIII

¶ Titulus octauus.
¶ Suasoria familiariaris.

An sit peregrinandum

Cupis ab me scire: de tua profectioe ad exterarum nationum quod censeam. Ego ut summatim rem amplissimam perstringam tibi suadeo ne diuertas a proficiscendi tuae nobilissimae instituto mentis: nec ea dubites adire tolerareque quibus isti liuiduli: quibusque propinqui: te deterrent. Nam quod autem te mollissime domi uiuere: parataque istuc ad uoluptatem omnia tibi foris defutura: istuc ipsum te ad istud iter accingat ne torpescas inter sirenes: neu coruorum illecebris contabescas. Non enim ad somnum/gulam/ueneremque nati sumus: sed ad labores atque sudores: ut gloria immortalis consequamur. Deliciae quas illi dicunt: illorum sint proprie: qui balearum instar: ut Cicero pulcherrime complexus est: quantum adest Cicero quantum praesens est: probant paululum admodum praeterita considerantes aut futura. Verum qui uidet antecessionem temporum rationemque metit omnia: Vlyxem imitat: de quo Homerus dixit Homerus. Calentem dic musa uirum: qui moenia Troiae de ulyxe post euersa sua. Et mores hominum multorum uidit & urbes: ut Horatius retulit. Quid animo nobili ac magno dignum est Horatius ducendum: quibus ut uniuersum mundum unam esse ciuitatem existimet: ut Socrates ait. At in ciuitate quis uiuit: qui nolit Socrates singulas eius partes sciscitari. Facis humanissime si uisus orbis terras atque nationis in diuersas urbes terra marique proficiscaris. Nec te deterreat ulla rerum locorumue difficultas: cum multa te magis captura sit rerum assidue uidentium delectatio. Quia laetum eris deinceps domum rediens: cum ea quae uideris diuersa parentibus sociisque seriae quadam ut historicus enarrabis. Identidem Ptolemaeus factitauit: qui rerum plurimarum usum didicit atque docuit & astroorum motus: & regionum diuerticula. Bene uale. Ex Mediolano septimo Idus Decembris.

¶ Suasoria familiarissima.

Vt pacem cum fratribus firmes: ais esse quae tibi dissuadeant. Nec te Pax seruanquidem amat illi: nec semetipsos. Vt nihil utilius corpori: quibus si da cum fratribus

f

TITVLVS VIII

cūcta mēbra singulari pace bona cōueniant: Ita cōcordia: **Salustius** ut **Salustius** inquit: minime res crescūt: discordia maxime dilabunt. **Imitemini** **O** discordes animi: christū pacis largi torē inquietē: **Pacem** meā do uobis: pacē relinquo uobis. **Q** si pietas genus ipsū ad beniuolentiā cogit: omīs est impietas exagitāda: quæ uos uobis rebelles reddit. **N**on possunt igitē esse uiri boni qui te distrahūt a pace tibiq; disuadent officiū pacis. **E**go nedū suadeo ut pace cū fratrib⁹ uiuas: uegetiā oro atq; obsecro malis cū pace decem: q̄ discordia mille cū illa quiete tueri queas: **H**æc nec inquiet⁹ tibi cōparare: nec cōparata seruare. **B**ene uale. **Ex Mediolano sexto Idus Decembris.**

¶ Suasoria grauis.

Omnis suadendi ac dissuadendi ratio & argumētatio inde nascat^r opus est: ut & utile & honestū quod eligit^r ceterisq; præferē intelligendū sit. **O**mnem enim incōmoditatem atq; turpitudinē euitandā quis nō esse ducit: nisi mentis egenus ac ab omni humanitate uāhemēter abhorres^r

Plato Quāobrem cū **Plato** rogaret: quid nā sibi uideret id ipsum turpe cū utilitate cōiunctū: **P**otest ne inquit cū morte uita cōiungi: aut unda cū flāmīs? **Cicero** uero & si uoluit posse illā utilitatem appellari: quæ ab honestate disuncta foret: cū **Panætio** tamē sentiens aliquid dicit utile uocari quod turpissimū foret: ut lucri gratia turpem aut sordidū sequi

Theophrastus quæstū. **A**t ut **Theophrastus** expresse cōplex⁹ est: **H**onestas omnis ea est: quā primā sequi debet: qui uersat^r in consultando: mox eā utilitatē quæ ab honestate nascit^r. **N**am

Aristoteles **A**ristoteles triplicia inquit præmia uirtuti comparata: diuitias/honorem & gloriam. **N**unc quærimus hæc ne tibi comparanda sint: qui religionem es ingressus? **D**issuadentes isti negāt te quicq; esse lucrātū: amississe uero plurima: qui cum diues in mundo fores: diuitijs cesseris: cum honoratus apud principes: quasi non notus in religione uerferis: cū gloriæ perpetuæ diues: nūc eius non pauper solū sed egenus: sed medicus. **A**udi q̄ ego ab istis dissentiam

TITVLVS VIII

tibiꝫ quib⁹ ratiōib⁹ ut p̄seueres in delecta tibi sanctissima
 uia sua deā. **H**æc uita ut **Augustin⁹** inq̄t: uere cōsiderātib⁹
 nō est uita: in q̄ duæ nos assidue torquēt ægritudines **Plato**
 tonis ille/timor & dolor: ut q̄n bene sit timeamus: cū male
 aut̄ doleam⁹. **D**iuitias aut̄ balce in argēto/auro/gēmīsq; cō
 stitutas: docet **Tulli⁹** nō optādas: neq; bonas existimādas **Tulli⁹**
 quaz; augēdarū nō modo nos cupiditas assidue præmit:
 sed etiā met⁹ amittēdas. **Q** si uita nō est: cur i mūdo uiuē
 dū? **S**i diuitiæ nō sūt cur optādæ? **A**n ut **Harpurias** qual ra **Harpurias**
 pacissimas dicūt obscœnasq; uolucres induam⁹? **A**t cū ma
 li sum⁹: expurgandū nobis uetus fermentū: **Apl⁹** nos ad **Apostolus**
 monuit: ut fiat in nobis noua cōspersio: reiiciendā inq̄ ue
 terē illā spumolā mucidāq; uoluptatis libidinē: in eundāq;
 ueritatis uia: p̄ quā nobis bonæ ueræq; diuitiæ cōparant̄.
Nō dixerim: ut cū **Aurelio** loquar: improbandū argentū **Aurelius**
 atq; aurū quæ creauit de⁹: nulla est dei creatura dānanda:
 sed inuabendū in boiem: q̄ dimisso creatore cōuersus est
 ad creaturā: ut illud **Dauidicū** extat: **Simulacra gētū argē** **Dauid**
tum & aurū. **N**am & diuitiæ & reliqua fortunæ bona per
 inde sunt: qd̄ **Terentius** inq̄t: ac eius anim⁹: qui ijs utiē iū
 re ab **Aristotele** instrumenta sunt ad exercendas uirtutes **Terentius**
 existimata. **Q**uāobrē & philosophiā difficilē sine reb⁹ ad **Aristoteles**
 uiuendū necessarijs **Pythagoras** & **Anaxagoras** dixisse p̄ **Pythagoras**
 bibentē: & **luuenalis** ait: **H**aud facile emergūt: quoz; uirtu
 tibus obstat res angusta domi. **S**ed cum in mūdo non ni
 si ad perfruendas uoluptates his utant̄ diuitijs: ut **Titū** il
 lū præ se ferāt. **A**ut ad ambitionē ut **Ixionis** **Sisyphiq;** nō **Ixiō Sisyph⁹**
 sint dissimiles: aut ad exaggerandum coaceruandūq; pe
 cuniarū cumulum: ut **Tantali** uideantur & **Phinai.** **Certe** **Tantalus**
Diogenis est adhibenda ratio: ut pecunias malimus per
 dere: q̄ ab ipsis perdi. **A**t cum ista religio: quam tibi dele
 gisti: ueras inquirat diuitias: a falsis migret: ut **Ambrosius** **Ambrosius**
 monet. **D**itior istic eris multo: q̄ unq̄ antea futurus esses.
Nūc tanq; nihil habēs & om̄ia possidēs **Christiano** docu
 mento/cū nihil habeas/nihil tibi deerit: ut ille se iactabat. **Christianū**
 documētū

- Terentius Terētian⁹.** Nihil egebis. Nihil appetes: & pecunia^s usus
Cicero cupiditas / & uoluptas instar erit **Ciceroniani** præcepti: ut
 nihil tibi sit magnificentius: q̄ pecuniā negligere cū non
 habeas: cū habeas ad amicitias liberalitatēq; conferre. **Di-**
 tissimus es ergo factus ista tua procellosissimi nauigatione
 pelagi: & adeo quidē diues: ut paup esse non possis. **Possi-**
 des em̄ ea quæ nequeāt naufragio / incēdio / rapina: ulloue
Bias tibi deficere calamitatis genere. De qbus quidē illud **Bi-**
 antis uni⁹ ex septē **Græciæ** sapientib⁹ recitat. **Omnia** mea
 mecū porto. **Ditissimi** sunt quoz de⁹ custodit thesauros:
 cū nō nisi ubi thesauri sunt: thesaurigantiū corda firment.
Q si in deo gazophylaciū est: cor quoq; ad deū directissi-
 mū procuratorē ac tutorē sibi cōparauit: qualē nemo de-
 cepturus: nemo superaturus sit. **Honores** autē quos eras
 habiturus in mūdo: quos in hac religiosa uiuendi lege ac
 uita es habiturus. **Poteras** ne illic aliud quicq; asseq q̄ ma-
 gistratus: q̄ clientelas: q̄ ad summū aliquem principatum?
At q̄to hæc in religione consequi clariora possis: ea multo
 quidē præstantiora in mūdo non nisi per inuidiā: per cor-
 ruptelas / per simultates: ambiendo / donādo / mentiendo /
Seneca qsq; dignitates assequit. **Nā** ars prima regni ē: ut inqt **Tra-**
gic⁹ **Seneca**: posse iuidiā pati. **Hinc** gladij iugulāt / uenena
 interimūt / pditiōes delatiōe sq; oriunt atq; omne flagitiū
Quidius. gen⁹. **Et** ut eruditissime dixit **Quidi⁹**: Fili⁹ ante diē patrios
 metamor. inquit in annos. **Pudor**q; omnis atq; fides ac pietas pe-
 nit⁹ fugant. **His** honorib⁹q; deniq; potit: assidue cruciat:
 uenenūq; in auro bibit: cuius mens nunq; conuiescit: &
Tullius peccatorum afflicta conscientia: ut inqt **Tullius**: & augen-
Apostolus dæ dignitatis cupiditate. **Hi** sunt ait **Apl⁹**: quos habui in
Iuuenalis derisum. **Hi** sunt ait **Iuuenalis**: qui metuūt & ad omnia ful-
Danaides mina pallent. **Hi** sunt **Danaidū** illaz simillimi: quas perbi-
 bent urceolis perforatis haurire lympham apud inferos:
 frustra q; assiduo labore defatigari. **Sūt** ne honores illi uir/
Aristoteles tutis inq; præmia testimoniaq; foelicitatis **Aristotelis** sen-
 tentia: quibus acceptis miserior est homo q̄ antea. **Hono** //

TITVLVS VIII

res & ueri quidem & optandi sunt: quos ex religione con-
 sequeris: **S**i religiosus non haberi modo uolueris: sed etiā
 esse: **P**ræfuisse illic iudicandis corporib⁹: istic animorum
 arbiter fies. **V**ide quātū inter corpora & animos interlit.
Partē mūdani principatus illic fuisses adeptus: partē istic
 cælestis regni nāciscere. **A**d reges illic tibi adit⁹ patuisset:
 istic deū optimū maximūq; semper cum uoles alloquere:
Nunq̄ ad eū tibi accessus intercludet. **Q**uid si ab iisdem
 regibus petisses multa: quæ non impetrasses: a deo nihil
 frustra postulabis. **Q**uid si duras: quas inquit forēs: cal-
 cibus interdū centies pulsasses priusq̄ semel aperte forēt:
Quid si quæsiuisses plurima: inuenisses uero nll'a: **I**stic autē
 uerba saluatoris tibi fidē faciūt: **P**etite & dabit uobis: pul-
 sate & aperiet uobis: quærite & inuenietis. **A**t gloriā quā **Christus**
 eras in mūdo habiturus: an eam quæ inanis est: quam de-
 finiuit **Augustinus** esse uelle uincere: ubi meritū non est: **Augustinus**
Posses ne panis noīe: aut saxo panis loco pasci: **Q**uid po-
 tes igit̄ eam existimare gloriā quæ uera non est: **D**ices ue-
 ram diffiniri ab eodem gloriā: bonā de alicuius uirtute:
 ut **Plato** etiam uoluit: cum fama noticiā / aut testimoniū
 aliquorū de nostra uirtute bene sentiēdū: **Q**uid id est: nō **Vera gloria**
 ne quod & prius: **P**ossunt enim & falli homines & fallere. **fm platonē**
Possunt id opinari de aliquo: id sentire: id dicere ac lauda-
 re quod nō est. **V**agat̄ ea fama: iactat̄: perreptat orbem:
Radices certe nullas propagabit. **V**era est ea gloria: quā
 beatorū iundī numero consequent̄: quæ per opera fidei
 ad charitatē pducta nihil fucati sibi componit. **N**ihil ficti
 præ se fert. **N**ihil palliati suæ præponit laudi. **G**loriari lice-
 re in domino docent sancti / & in infirmitatib⁹ ac erumnis:
 ut **Apostolus** docet. **E**a est uera gloria: quā quærūt sibi q̄ **Apostolus**
 patientia / tolerantia / mansuetudine / cōstantia / pietate / in-
 nocentia / imundiciæ debellatione / discriminū mundano-
 rū superatione: cælū aliq̄ cōscendūt. **H**æc tu tibi cōposui-
 sti: uiamq; sanctissimā per quam immaculatus incedas: mo-
 nente **P**almista: **B**eati immaculati in uia. **D**e qua pro seipso **Dauid**

TITVLVS VIII

locut⁹ est **Christus** inquiens: **Ego** sum uia / ueritas & uita.
Vitam igitur uiuentiū delegisti: ea prætermiſſa / quæ mo-
Gregori⁹ rientiū erat: in quā ait **Gregorius**. In hac uita continue mo-
rimur: & sicut aqua labimur. **Nequit** em̄ aliud esse q̄ mors
Dauid cū sit infernus: dicente propheta: **Descendit** in infernū ui-
uentium. **Et** rursus: **Dilatauit** infernus os suum. **Illic** in assi-
Vir. vi. æne. duis uerfabere periculis: siquidē nō imperite scripsit **Ma-**
ro: **Noctes** atq; dies patet atri ianua ditis. **Et** iterum: **Facilis**
Diogenes descēsus auerni: **Et** **Diogenes**: undiq; dixit iter ad inferos.
Istic autē quies tibi cōparabit: suadeo tibi ergo ne ab insti-
tuto cuiusq; dissuasiōe diuertas: nec arbitreris ullū te ui-
uendi genus salubrius æternitati quærere potuisse. **Bene**
uale. **Ex** **Mediolano. v. Idus Decembris.**

¶ Synonyma suaſoria.

Suadeo tibi ut discas.

Ne quod iter agressus es deferas: te hortor.

Abs te peto diligenter: ut ab instituto nō discedas.

Nihil arbitror quærēdū tibi magis q̄ ut ista ī uia p̄seueres.

Te unice obsecro: ne desistas ab incœptis.

Fac si te amas: ut quæ aggressus es diligēter p̄sequare.

Tolera (te rogo) singula: quæ qdē reliq; difficilia uideantē
ut perlistas in proposito.

Ne leuitatis simul accusere: tibiq; rectā adimas rationem:
esto in instituto constans.

Imprimis tā hoc tibi suadeo: q̄ qd̄ maxime.

Quacriter firmeq; tibi hanc rem suadendā arbitrer: haud
possem p̄ litteras declarare.

Id apprime tibi cōsulo: ut nō reuoces qd̄ p̄posueras.

Et si multi dissuadeāt hoc tibi: ego tuæ laudi hoc tñ uideo
maxime profuturū.

Crede suasiōni huic meæ quæ tui noīs est capacissima.

Mea om̄is exhortatio est: ut ne discedas ab hoc animi tui
decreto.

Vnū hoc præcipite te rogo: ut p̄seuerātia nullā hoc in ne-
gocio uirtutē esse tibi necessariā magis opinere.

Hæc
 pio
 Est
 fuit
 fuit
 tū
 Et
 em
 ule
 a
 bi
 fuit
 At
 eg
 bent
 fuit
 fuit
 He
 cip
 Et
 m
 uer
 dū
 Hor
 tro
 ti
 dū
 pen
 que
 nor
 illu
 ci:
 atq;
 die
 olyn
 bus
 gū
 uirtutē

TITVLVS IX

Hæc est suasio in te mea: ut firmus sis in proposito. **C**u-
pio te plurimū in hoc qđ es agressus assidue pseuerare.

Nonus titulus.

Dissuasoria familiaris.

Et si pđdifficile uidet esse factū cum sualus est aliquis ei dis-
suadere: cū tamē ratiōe gubernent homines: nō solo sen-
su nihil arbitror factū facilius qđ si quid argumentis uerita-
teq; probeat: illud dissuadere posse quo fuerat persuasum.
Est em̄ & suadendi & dissuadēdi lex eadē: ut declaret qđ
ūtile ac honestum: quid contra damnosum & turpe sit. **T**i-
bi sualum est: ut bellū aggrediare cū possis pace uiuere.
At ego bellum tibi dissuadeo: a quo magis abhorrere de-
bent homines: qđ ab eo qđ est ab hominū natura disiunctis-
simū. **Q**uid ab homine disiunctus: humani sanguinis pro-
fusioe: **Q**uid ei cōuenienti⁹ atq; cōmunius uita: **N**am ut
Homer⁹ declarat: bella nō nisi coactis inuitisq; uiris inter-
cipiunt⁹ ut uiuatur in pace: testimonio **T**ullij. **Q**uāobrem
& apud latinos a bæluis dicuntur bella: quia bæluarum di-
mīcatio periculosa sit. **B**ella dixit **A**rtaxerxes ineunda: ut
uincat: uictoria quærenda: ut triumphet: triumph⁹ expe-
ctandus ut ociet. **A**t quis prohibet sine bellis ociari: dixit
Horontes: aut dimīcat⁹ ppter gloriā: aut ob imperiū. **N**eu
tro tibi nūc est contendendū. **I**nglorius hoc adires bellū
aduersus longe te inferiorem: & cū eū tuo subdidisses im-
perio: plura multo præliando consumpsisses: qđ uincendo
quæuisisses. **E**rgo id tibi nō utile sed detrimentum fieret:
non honori cederet: sed dedecori. **P**osset enim **Q**uidianū
illud aduersarius iste de se dicere: **N**on tam turpe fuit uin-
ci: qđ contendisse decorum. **M**agnus es & dux præstans
atq; prudentissimus: **V**erū illius memineras: qđ **A**lexan-
der **P**hilippi regis filius inuitatus ad cursum pedestrem in
olympiadē non esse sibi currendū respondit: nisi cū regis
bus. **D**issuadeo tibi uæbementius bellū istud: & ut tuæ di-
gnitatis amplificandæ cupidissim⁹: ita tuā omnē execror
turpitudinem. **C**rede mibi: qui tibi deditissimus sum: nō

TITVLVS IX

decere te opus tā abiectū. **Bene uale. Ex Mediolano. iij. Idus Decembris.**

¶ Dissuasoria familiarissima.

Nihil est qđ tibi dissuadeā magis: qđ quod incœpisti. **A**udi/ ui enim te minime litteris ob quas obsequendas istuc pro/ fectus es: operā adhibere: nec religioni rursus ut debes in/ cumbere: sed p urbem assidue uagari comitib⁹ illis socius/ qui & impudici sunt & insolentes. Id qđ te deceat: non te la/ tet: modo te audias/ & te tibi uendices: ut **Lucillum** admo/

Seneca net. **Seneca.** Quid em̄ est fœdi⁹ qđ aliud de se polliceri atq; p/ fiteri: aliud sequi: **T**u religionē p̄fessus: tu doctrinā pol/ licitus spem maximā de te parentibus dedisti. **H**arū rez/ pessima iecisti fundamēta: **V**bi promissa deo castitas: ubi/ contemptus mūdi: ubi libidinū detestatio: **I**n his omnib⁹ cō/ sequendis omnem cōstituis curā. **D**issuadeo id tibi uā/ hementius ni te malis famosum: qđ laude dignū. **Q** si me/ audies: & si te nūc neqcia cogit flectitq; i scelera: intelliges/ aliqñ: cū mente sies pacatiore: fuisse meā hanc omnē dis/ suasionem tibi qđem oportunā/ ac unice utilem. **Vale. Ex Mediolano. iij. Idus Decembris.**

¶ Dissuasoria Grauis.

Vt nō uacet uenationi Factus sum amicorū litteris certior: eā te in sententiā ne/ scio quoz nebulonum adhortationibus suasum deuenis/ so: ut uenationi uacaturus in urbem ire nō constitueris. **I**d/ ego dissuasurus de syluis nō nihil eoq; uiuendi genere cō/ tendam prius: qđ ad urbanas descendā uoluptates. **Q**uid/ inter syluas inueniunt iij: qui eis delectant qđ laudare pos/ sint: **N**um apparatū rez: aut urbiū splēdorem: aut uiroz/ cōsuetudinē. **S**i quæris apparatū habitandi: **E**n tibi foue/ as & latebras fetidas/ marcētes/ fimo putridissimo plenas/ **Hesiodus** ut **Hesiodus** inquit: **S**yluestrēm feritatē olentissimā. **S**i re/ liquū: uide sub arboribus byeme lutum cœnosissimū: aut/ niuosam glaciē quā uel ipse feræ non secus ac pestem eui/ tant. **A**t æstate puluerē pegrinos suffocantē: mulcas & ea/ rū oē gen⁹ molestissimū oibus: ijs præsertim q uersant in

uenatio
 Viri
 dicit
 can
 est h
 dec
 den
 in pu
 rian
 car
 nom
 uela
 fore
 po
 ris
 ce
 re
 p
 m
 et
 ce
 ni
 ac
 e
 l
 n
 d
 ne
 bo
 plu
 mib
 ni cō
 fuerit

TITVLVS IX

uenādo. **At** splendor qualis: lucorū quæris: an nemorum?
Verūq; sylvæ nomē est. **Luci** a nō lucēdo dicti sunt. In his
dicūt **Poetæ** aīas heroū habitare: credo hāc fuisse causam
qm̄ ppter asperitatē loci raro quisq; illo pueniat. **Incultus**
est lucus: spinosis arbutis densus/dumis creber: ut qui eo
deuenit aut i leporē uertat/aut quā teneat ad inde regre/
diendam uiam: nō intelligat. **Nemora** uero a pascendo di
cta: quæ cultiora tenet: ad pastores attinēt/aut septa pasto
rū: aut ea quidē ferarū signa: qbus puestigia canes discant
earum processum. **Vis** in nemoribus quiescere: tecū scæ/
nam affer: uel ad umbrā captandā in ardoribus solis libyci
uel ad hyadas sub **Arctoo** tempore uitādas. **Inquire** in ijs
fontes. **Parata** est tibi **Dirce**/parat^o **Pegasus**/parate **Hip- Dirce**
pocrine. **Vndas** habebis a biblis bobus ac armentis cæte/ **Pegasus**
ris: necnō i p̄s uarijs ferarū generibus tam ornatas: ut fax/ **hippocrine**
cem te bibere posse uideas: si tandem sitieris: ut in illud **Er**
minij peruenias: **Mori** malo q̄ foedari. **Ad** esum aut in tem
pore/mora/ fraga/pomaq; durissima & acerbissima: qbus
nedū defatigere mordendis: a gustu uero stupefascas: ueq;
etiam ita stupefascas dentibus: ut nequeas tuæ fami satisfā/
cere. **At** uiroꝝ consuetudo quæ imprimis est inquirenda **Seneca**
uiro: cum sit ut **Plato** dixit: **Animal** sociabile: qualis illic est
ac quāta: **Magna** pfecto numero ut numerari non ualeat
excellētia ut recitari nō possit. **Numerus** inq; nullus: aut si
quē uideris: ut **Iuuenalis** inqt: est rara auis i terris: nigroq; **Iuuenalis**
simillima cygno. **Pastor** tamē is ipse rarissimus erit: aut tui
simillimus qui uenetur atq; frustra tempus terat. **Poteris**
ne aut nullius: aut pastoris delectari cōsuetudine: **In** nullo
desiderabis assidue quēq;. **In** uenatore cupies nullū: cū **Se** **Seneca**
neca ipso **Cicerone**q; testib^o: animalia eodem uiuentia ci/ **Cicero**
bo sese mutuo oderint. **Cū** qbus de actione uitæ aut rerū
plurimarū doct̄ina: aut de contemplandis loquere numi/
nibus? **Aliud** enim boꝝ: aut omnia simul eos sequi aut de
eis cōmentari debent inter sese illi: qui uiroꝝ appellatiōe
se uelint exhibere dignos. **Ad** bibebis tecū cōmentantes

TITVLVS IX

Iuuenalis

**Hi syluis &
uenationib⁹
operam de/
derūt**

**Quæ mag
nificentia in
urbibus**

de mansuetudine ac facilitate urfos: de castitate ac pudici-
tia quidem apros: de prudentia damas: de simplicitate tulp-
pes: de animi magnitudine ceruos: de fortitudine lepo-
res: de sciētīis roborat ipsa: quæ possint ad huc **Dryides &
Semnotheos Galloz**: & primos boies duro de robore na-
tos: & forte colūbas afferre louis: quæ respōsa dabāt. **Quid**
si tecū illic **Actæon** suam miserā fabulet: **Aut Arcas** suā
calamitatē cū matre **Lycaonica** narret: aut **Calydonius**
aper: aut **Herculei⁹** ille/louisue dictæus **Taurus**: **Quid** si
Dianā offenderis: & cū ea tot nymphas cōpareris: **Quid**
si occurreris **Hippolyto**: ac **Parthenopæo**: **Cambysæq;** ac
Meleagro: **Credes** ne illos tibi fautores: q tuæ simillimā
artē exercuerūt: **At cōtra** q̄ iucūdius est in ciuitate uersa/
rū: nec uelle tibi sapere soli. **Qui** sunt in urbib⁹: quid habēt
apparatus: **Quid** ornatus: regias non solū domos luculli-
nas illas quaz̄ in **Apolline** tot milibus cū cæsare parabat:
ubi aulea sunt: & attalica singula uasaq; cœlata ex **Corin-**
thijs opificib⁹ huc aduecta: ut abacum esse putes ex **Asiæ**
regibus collatū ad **Pompeium**. **Nil** hic immundi: omnia
splendidissima. **Famuli** **Ganymedes** **Asiæ** inq; flores: **An-**
cillæ formosissimæ **Venerē** ipsam redolentes: de quib⁹ il-
lud a **Iunone** dictū existimes: **Sunt** mihi bis septē præstan-
ti corpore nymphæ. **Quicq;** gula possit appetere mode-
rata quidē & in cōtinens hic reperit. **Quicq;** uel ægrotis
iucundū esse solet: uel multo magis bene habentibus. **At**
cætera prætereo: quæ uel ad hominis ex omni genere ui-
tæ necessaria sunt/ uel ad uoluptatem comparata. **Quid** il-
lud est qd̄ uersaris inter homines: cū quibus ualeas omne
transigere uiuēdi ac bene quidē uiuēdi munus: **Aut** em̄
res est quæ consiliū postulat. **In** urbib⁹ uersant labeones/
uirginij/ **Sæuolæ**/ aut quæ cōmentationem poscat familia-
rem: hic affines/ aut domesticam: hic parentes/ aut leuēs:
hic socij apd̄ quos nec obscœna qdem sint nec turpia/ aut
grauē: hic uiri consulares: **Catonēs**/ **Fabricij**/ **Curij**. **Quid**
q̄ homines in urbe uides: non bæluas: **Quid** cum omnia

uideat
monte
facin
firas:
riabit
opere
mura
ciuit
coloca
noga
nefati
cerim
ris d
lis G
med
mor
tere
con
ludi
dese
Mart
Popt
etim
pari
lim
daz
uter
tione
cuip
arbitr
bisup
litadin

Mlaade
liuacra

TITVLVS IX

uideas: ut optas: & ambis get⁹ es: nec corp⁹ defatigas nec
mentē: Istic uel iuga **Cynthi** uel **Cythæronis** adeas uel of-
sæ: nūc molossis laxādis canib⁹: nūc **Cretais** huc illucq; cur-
sitas: nūq̄ loco stas inē discrimina uersat⁹ ea cūcta quæ mo-
riētibus in solitudine sūt parata. **Quid** qđ ubi te fulmine⁹
oppresserit aper: uel imanis cōpresserit ursus: si diē obie-
ris: urna cares: cælo illo uirgiliano tegeris: **Q** si p id tps fa-
cilis ut ille inqt erat iactura sepulchri: nunc tñ est pđifficilis **Vir. ij. æne.**
cū sacra sint oia dicata sepulturæ. **Quid** qđ uiu⁹ etiā si redie-
rit: qđ cū feris pugnat in testē nō admittit⁹. **Eam** em cōditio-
nē subit quā gladiator: quē quātū ueteres improbarēt: do-
cet improbata **Neronis** atq; **Domiciani** uita: qui gladiato-
rib⁹ delectati proposuissent munera. **Quā** obrē & **Iuena** **Iuuenalis. ij.**
lis **Gracchum** illū haud minus turpem ducit: qui lustrauit **Satyra**
mediam gladiator harenā: qđ qui cornicini nupserat: pro-
monstroq; pariter scribit: qđ moenia tuscū figat aprū. **Ve** **Pria** **satyra**
teres illi uenationi uacantes bellis præludebant: ut & dra-
coni libyco: qui **Atlanti**dū custodiebat peruigil mala: præ **Draco** **liby.**
lusi **Hercules** cū **Hydr**am expugnauit ut **Cyrus** **Alexan**
derq; futuris præludebat prælijs. **At** tibi nō est proposita
Martialis uiuēdi uia: **Poti**⁹ es **Apollineus**: at **Apollo** dices **Marcialis**
Phythonē inēmit: sagittariusq; uocat⁹ ab **Orp**heo: cur nō **Phy**thon
eū imiteris: quē sequeris: uerū ille sel uenator: tu uero sem **Orp**heus
per: **Eū** decuit: te dedecet. **Est** dā dū: ut **Seneca** ait sapiētis **Seneca**
simus: aliqđ interuallū aīo. **Et** ut inqt **Cicero**: sunt adhiben **Cicero**
dæ studijs intermissiōes: & rursus ad ea reditus. **Si** bellaria
utereris uenatiōe aut olerib⁹: non dissuaderē ut exercita-
tione corpis mens ipsa recrearet⁹. **Sed** cū uahemētissime
cuiq; uiro graui placere possit ac debeat **Terētianū** illd: Id **Terentius**
arbitror apprime in uita utile: ut ne qđ nimis. **Dissuadeo** ti-
bi supra modū syluas / & ut ab urbib⁹ absis: qb⁹ præferas so-
litudinē. **Bene** uale. **Ex** **Mediolano** pridie Idus **Decēbris**.

Synonyma dissuasoria.

Dissuadeo tibi uahementius: ne id assequaris te hortor.
In hanc rem adeundā te debortor maximopere.

TITVLVS X

Ego te plurimū rogo ut ab hoc abstineas.

Cupio te mirū ab eo te abhorrere negocio.

Quod minime tibi faciendū existimē: hoc unū est.

Cauē supra modū id facias.

Id si feceris qđ es aggressus: pœnitebit te tandē.

Videbis te deniq; lenisisse pessime: si hoc prosequeris.

Nihil est qđ sis maiore odio cōmemoratur⁹: si mibi nō cre-
dis dissuadenti: q̄ qđ nūc temptas.

Fac ut animo rem istā e mente deleas.

Hoc qđ proposuisti uabemētius tibi dissuadeo.

Dissuasionē meā si negligas: pœnitebit te negligentia.

Ne credas hoc ab me tibi p inuidiā dissuaderi: sed pro ma-
xima erga te mea beniuolentiā.

Crede amori in te meo: dissuasionē in hac causa fieri tibi
ab me maximā.

Nibilo plus aliquādo lætus eris: q̄ si quod te debortor nō
prosequeris.

Cum intelligam quid te dedebeat: hoc opus ne suscipias
bortor.

Debortatio mea oīs iccirco fit: ut ab his abstineas quæ tibi
sunt plurimū aliqñ: ni abstineas: obfutura.

Nulla me cōpulis ad hoc tuo instituto dissuadēdū: nisi qđ
expresse cognouit: magnæ tibi fore turpitudini.

Titulus decimus.

Domestica de proprio statu familiaris.

Si uelim de meo statu reddere te certiorē neq; possem id
breuiter scribens efficere: nec si possem: omnia tuto me cē-
serem litteris commendare. **N**am in hac mea nauigatiōe
quo uitam hanc alio uocem: q̄ nauigandi nomine: tam
sum acriter ad nausē usq; perturbatus: ut quid me conti-
nuerit: haud satis intelligam. **D**eniq; serenior sum cæ-
lo melioreq; aura in portū perducti. **C**um primū in urbem
uenimus: in inuidias incidim⁹ / undiq; uexabamur / undiq;
mordebant nos atq; torquebant aculeorū multa genera.
Tunc ego factus sum mibi sapiētior atq; tolerātior. **P**osui

TITVLVS X

mibi ante oculos **Scipionē**: q post deletā **Carthaginē** in iu **Scipio**
diciū repetundarū accersit⁹ est. **Posui** multo prius **Camillū** **Camillus**
q exul factus est. **Posui** multo antea **Romulū** q cæsus est. **Romulus**
Et inter tot uiros sūma laude dignos existimaui mibi ferē
dam æquiore animo in uidiā: quæ tanta laude insignes ui
ros fatigarit & oppresserit. **Demū** **Fabiū** illū q̄q̄ in re satis **Fabius**
dissimili: imitatus cūctando mibi recōciliaui maliuolos / in
uidos & susurrone: tātāq; & apud pontificē maximū / &
apud purpuratū hūc chorū & auctoritate ualeo & gratia:
ut deesse mibi possit nihil. **Domi** meæ bñ habēt ex fami
lia singli: hocq; dūtaxat macerāt: qđ te nō uidēt. **Si** h̄ esses
oēs præ laticia gestirem⁹. **Quid** supe est nisi ut huc eas? **Sed**
tu ad nos humiles: uir tātus haud ires: nisi magnū te aliqđ
mun⁹ cōsecutorū existimares. **Id** nostra i facultate nō est.
Vale. **Ex** **Mediolano** **Idibus** **Decembris.**

(D) **Domestica** de proprio statu familiarissima.

Cupis ab me scire: quo in statu res mea sit hæc paucis acci
pito. **Valeo** ut **Virgilius** inqt. **Vitāq;** extremā poia duco. **Vir. 3. æne.**
Nā ut **Claudianus** inqt: pauperies me sæua domat: dirusq; **Claudianus**
cupido: sed tolerand⁹ amor: nō tolerāda fames. **Hinc** me
præmit: hinc cruciat egestas. **Quo** me uertā haud satis ac
cipio. **In** amore parū mibi spei cōstituēdū. **Nam** marmor
& adamātē amo: sed cogor amare fatiscq; traducor. **Ditari**
nō expecto. **At** utrūq; cupio utroq; careo. **Q** mala sit mea
uiuēdi cōditio: nūc tenes. **Non** postulo: ut me adiutes: cū
aliud nequire etiā te sciā: aliud nolle. **Vt** es mulieribus ho
stis: ita quidem perauarus: uerū hoc posco qđ negaturū te
mibi nō opinor: ut quotiēs oras superos roges me prospiciāt:
mihiq; puidēat ut nō amem nec egeā. **Id** si faciūt me
cum ipsis affinitatē cōtraxisse censebo. **Bene** uale. **Ex** **Me**
diolano. **xix.** kalendas lanuarij.

(D) **Domestica** de proprio statu grauis.

Quæ sint negocia mea: quoq; in loco sit domesticus mibi
status: cupis ab me scire: id & si nō uno: ut ait **Plautus:** uer
bo perstringere possum: quo breuius tñ potero atq; suc

TITVLVS X

cinctius complectar. **Scis** me discessisse **Mediolano** maior
 rem mihi gratiā apud externos quaesiturū q̄ domi cōsequi
 possem. **Nam** cū istic iam cōpissent illius insidiā inter no-
 stros sacerdotes & monachos cōflare seditiōes: q̄ graui-
 simus est hominū inimicus: **Alij**q̄ cōpissent albis: ac ali-
 uacare nigris simultatis hostijs: malui eorū cedere litib⁹ / q̄
 inter undas ignesq̄ uersari. **Nam** ut est ibi de⁹: ubi pace in
 eius nomine uiuit: Ita censendum est illic esse dāmonem
 malū: ubi discordiā pullulant delationibusq̄ ac murmu-
 ribus fraudibus studeat atq̄ dolis. **Quid** est enim iniquius
 inquit **Socrates** qd̄ **Plato** refert: q̄ qui peregrini sumus in
 hoc orbe nesciamus quiete frui: **Discedēs** istinc igit̄ sum
 huc missus huic monasterio praefuturus: **Curau** primum
 omni diligētia: qd̄ **Lycurgus** **Lacedaemonios** admonuit:
 exemplo morū / ac uitae declarare: quae uellē a reliq̄ obser-
 uari: ut **Christiano** documēto: quēadmodū ego faciebā:
 sicut & hi religiosi: quos mea haec praelatio meae cōmēda-
 uit fidei facerent. **At** qm̄ in his erat quaedā ferina potius q̄
 humana libertas: qua cōperāt omnino fieri insolentes: ac
 eq̄ min⁹ obtēpantes frano me primū domitorē. **Magna**
 tē aliquē praestiti: mox oia cumulatissime cogitās: alia sum
 uia p̄gressus: ut **Basil⁹** nobis praecipit. **Nō** eē feras quae di-
 ra sūt statim exaspandas sed leniēdas aliquātulū: ut pedetē-
 tim māsuēfactae succūbāt. **Ita** quos uidi ab obediētia hūili-
 tateq̄ penit⁹ distractos: & in quos praēceptū **Aristotel** de
 plātis nō posset obseruari: ut ad oppositā curuaturā trabe-
 rent: hūaniter lenitēq̄ allexi. **Factū** est aut̄ ut cū essent exo-
 si me: meaq̄ nostrae legis obseruantia a qua iā abhorrebāt:
 ut nō solū interminati sunt mihi necem: sed aliquādo pro-
 curarint. **At** ego & minas nō metui / & pseuerare in bene-
 consideratis nō dubitauī. **Siquidem** **Apostolus** & erum-
 nas pati & calamitates / & omne crucis genus nos docet
 p̄pter nomē domini. **Et** saluator ipse beatos inq̄t q̄ p̄fecti-
 tionē ferūt p̄pter nomē suū. **Si** gloriae uerae cupidi fortiter
 dimicamus: est nobis in caelo parata copiosa merces. **Ad**

Socrates
ap̄d̄ **platonē**

Lycurgus

Christus

Basilius

Aristoteles

Apostolus

Christus

TITVLVS X

hæc aut debem⁹ existimare nos pmissione dñica beatos:
 si psecutionē ppter iusticiā patimur. **Quid aut iusti⁹ est q̄**
puidere quæ publicā afferat cōmoditatē atq; dignitatē?
Nam si ut Aristoteles docuit: bonū q̄to cōmunius est: tan **Aristoteles**
to præstabilius esse constat eiusdē instituto: quo sicut om
ne propositū est in pposito: sic omē oppositū est in oppo
sito: malū id etiā qd̄ est cōmunius maiorē afferre crimina
tionē: maius deferre detrimentū. Curabam igit̄ pro mea
uirili: ne quid monasterio meis humeris de mādato dees
set uel ad utilitatē: uel ad dignitatē: uel ad obseruationem
officij nostri. Eo min⁹ præualebā in malā illoꝝ dissuetudi
nem: quib⁹ eram ppter opera innocentiaē nō odio modo
sed lapidandus. At uidebat inuictissim⁹ hic dux: uidebat
em̄ frater optimus / humanissim⁹ atq; doctissimis Octauia
nus: qua procederem uia: curq; reliqui essent mihi infensi:
Placebā principib⁹: placebā curiaē: placebā ciuib⁹ cunctis:
præter eos fortasse quos cum primū cognouī præesse cu
stodes ecclesiasticos redditibus atq; causis: æque ac solent
oues lupis cōmendari: ex officio mali ministerij reieci atq;
repuili. Demū cura mea factū est: ut hic loc⁹ monasterij pos
sit iā religiosoz cōuētus appellari: cū antea nescio quid ei
minus cōueniret: q̄ qd̄ apud psalmistā legit̄: cōciliū impio **Psalmista**
rū. Q̄ si nondū ad id est puentū: ut uiuat q̄ obseruatissime
at saltē eo puentū est ut min⁹ studeat libidinib⁹: Ac uace
tur diuinis officijs: & aut sponte / aut inuiti omnes ieiunjs
incūbant atq; uigilijs. Nō me amplius terrēt: sed a me ter
rent: q̄ dicebant me instar passeris quolibet exanimari nu
tu. Probāt hi principes mirifice castigationē hāc meā: ad
mirantq; ut q̄ uel in seipos fierēt aliqñ intempantes: nūc
uni fraterculo tā obtēperēt timide atq; uerecūde. Sed nō
sine sūma diligētia / maximisq; sum hæc laborib⁹ affecut⁹
atq; assidue prosequor. Fuit interdū mihi de uita dubitan
dū. At ego pposuerā mihi Platonicū illud: generosū dece **Plato**
re: aut pulchre uiuere / aut pulchre mori. Quid sumus in
hoc orbe corpuscula: quibus undiq; discrimina parata

TITVLVS X

Seneca sūt. **Nec** ut uult **Seneca**: **Tantū** se q̄q̄ tuet̄ in facie: ne ter-
Apostolus go mors imineat. **Apl̄s** uero periculorū multitudinē: ma-
 gnitudinē atq; uarietatē non est ausus describere. **Quare**
 li. ex ijs piculis in illud inciderā: qđ ipse noiat in falsis fratri-
Saluator bus: malebā interire: qđ in pseudo pphas nūmerari: **Aut**
 ferre ut i hūc cōuentū illi cōuenissēt: a qb^o saluator admo-
 nuit cauendū: q̄ cū uterent̄ ouiu uestimentis: intrinsecus
 essent lupi rapaces. **Hinc** spero me laudē apud homies &
 deū cōsecutus: ut mea uigilātia & castigationis assiduīta-
 te intrepidaq; mēte medicinā huic morbo tam salubrē cō-
 parari. **Nunc** habes qđ hactenus egerim atq; quid agam:
Vita specula ut tempus foris nō teram perperā: nec ocia cōsumā neq;
 tiua & actiua **Nūc** uideo getiorē esse **Mariæ** uitā: quā dñs pbauit opti-
 mā ptē sibi delegisse: quæ nō auferet̄ ab ea: **Marthæ** uero
 cōsuetudinē sollicitiorē ac molestiorē esse. **Sed** certe i agē-
 do uersati minus quieti sunt: pluribusq; periculis subditi:
 sed quibus ut opinor: sit maior merces expectanda: si du-
 rant nec frangunt̄ / nec mutant̄: nec loco mouent̄. **Ne** dū
 enim sibi profunt: sed multis. **Hoc** mihi cōstitui uitæ gen^o
 ut nedū in cōtemplando uerser̄ utilis mihi: uerum in actio-
 ne uitæ pluribus alijs futurus nō iutilis. **Labores** erūt pro-
 pensiores: ac & præmia sunt existimāda fore digniora. **Iu-**
 stus est enim de^o distriubuitq; pro ea promissione: qua p-
 ora propbetarū locut^o inquit: iustus ut palma florebit. **Et**
 alibi: **Vincenti** dabo edere de ligno uitæ: quod est in para-
 diso. **Et** deinceps: **Qui** uicerit hunc constituam quali co-
 lumnā in paradiso. **Bene** uale. **Ex** Mediolano. xvij. ka-
 lendas Ianuarij.

¶ **Synonyma domestica de proprio statu.**

Ego cum meis bene ualeo.

Res hic meæ meliuscule habent.

In hac urbe nihil deficit mihi quod appetā.

Vt illud est **Terenti**j: cū nihil hic abeā: nihil mihi deest.

Si quæris quid agam? ociose uiuo.

Hic ego laboro ad laudem.

TITVLVS XI

Nullū in hac urbe ociū mibi frustra terē.
Assidue defatigor ad laudē consequendā.
Omnes uigiliæ meæ sūt in laborib⁹ constitutæ.
Quæro mibi omni diligentia immortalē gloriā.
Valeo ut aiūt & corpore & mente.
Neqt suis acerbissimis ic̄tib⁹ me fortuna prosternere.
Sunt q̄ me pterrefaciāt: ut desistā ab instituto.
Non cōmoueor: perturborue cuiusq̄ minis.
Sū animo ad omne dec⁹ constantissimo.
Sūt angustiaē mibi maximæ: sed spes optima.
Faciūt ac fingūt in me inuidi ml̄ta nihilo tñ obsunt.
In mea mibi tolerantia fides est talis constituta: ut factur⁹
 sim quæ decreui.
Ego iam: ut illud est comicū: in portu nauigo.
Res mea est omnis tuta.
Principes hic habeo meæ laudis peramicos.

¶ Titulus Vndecimus.

¶ Commotiua ad pacem familiaris.

Eo fungar officio: quod **S**aluator nos docuit: inquiring: **S**aluator
 In quamcunque domum intraueritis dicite: **P**ax huic do-
 mu. **Q**uāobrem & **R**omani templum constituere pacis:
 ut apud luuenalem est: ut colit̄ pax atq; fides. **Q**uinetiam **I**uuenalis in
Plato qđ usurpauit **T**ullius: **P**acem atq; concordiam duo umbricio
 dixit rerum publicarū fundamenta. **V**os igit̄ humanissi- **P**lato ut est
 mi principes hortor ad pacem. **S**atis pugnatum est. **S**atis apud tullii
 cruoris effusum. **S**atis admissum iniuriarū. **C**edant (**T**ul- **T**ulli⁹ in epi
 lio suadente) arma togæ. **Q**uid bello terribili⁹: **Q**uid pa-
 ce mansuetius: **Q**uid armis horribili⁹: **Q**uid quiete iucū-
 dius: **Q**uid hominū interitu peius & naturæ magis inimi-
 cum: **Q**uid conseruatione humanæ uitæ naturalius: ac in
 ciuitate magis expetendum: **P**acem instituit deus pro tu-
 tela humani generis. **B**ellum immisit in mentes hominū
 dæmon malus: ut persequeretur omni astu mortaliū ani-
 mas: non ut quibus dominetur: inquirat (**A**ugustini testi-
 monio:) sed cum quibus in æternum damnetur. **D**iligite **A**ugustinus

TITVLVS XI

pacem uiri boni: diligite pacē per deū immortalē: uos oro: inuicēq; christianū præceptū insecuti uos diligite: sicut & patrē suū uos dilexisse inqt domin⁹. Bene uale. Ex Medio lano. xvij. kalendas Ianuarij.

Cōmotiua ad pacē familiarissima.

Egre feram bellum hoc uestrum: haud possim breuib⁹ expedire. Pacem uobis colēdam opinor: quæ semper est dimicationibus præferenda. Quid prælia uobis afferūt: laudem ne? **A**t nulla est pugnandi laus: nisi cū in pace stari nequit. **A**t uos q; negat pace uiuere? **A**ut dignitatis amplitudinem: commodior esq; dititias? **C**onsumitis æs assidue nihilq; proficitis magis q̄ nix rhiphæa in **V**ulcani **S**i culi rogo euanesceret. **I**rrident uos omēs finitimi: dicūtq; ferocitatem uestræ mentiū hoc uobis iniēcisse stimuli: ut q̄scere nesciatis. **H**oc si bellū apud exteros gereretis: intolerabile uideret. **Q**uale censetis existimari: cū gerat inter uos propinqtatis strictissimo genere coniunctissimos? **A**ccusant hoc consiliū uestrū tam iniquū omnes boni. **R**ogo uos ut paci cōsultatis ut decet. **B**ene ualete. Ex Medio lano. xvj. kalendas Ianuarij.

**Rhiphæa
nix**

Cōmotiua ad pacē grauis.

Si quæruntur antiquiora quidem sæcula: uetustior longe pax est q̄ bellum. **S**i ratio inquiritur: nihil est formidolosius prælijs: nihil amabilius pace. **P**aci dixit **C**icero: quæ nihil sit insidiarum habitura: mea sententia semper consuletur. **E**t rursus intercipienda sunt bella: ut uiuat in pace. **P**lato **A**t **P**lato nihil se belloq; a deo naturaq; cōstitui uidisse dixit: pacem autem utriq; constitutam. **Q**uidius uero **N**aso **Q**uidius. j. **Q**uidius uero **N**aso posteaq; chaos poeticū ascripsit illud: ut unīta declaret esse quæ & conseruant & cōseruāt: ait: **D**issociata locis conseruati. **H**esiodus **A**t **H**esiodus docet a dijs procreatum: bellū autem a gigantib⁹. **Q**uāobrem & humanū genus nulla inuenit natura præliandi arma: sed usu gentiū libitela in dies ingeniose cōparauit: **C**ui ut est apud **M**arone furor arma ministrauit: faces & saxa: & interdū sudes

Cicero i of.

Plato
Quidius. j.
metamor.

Hesiodus

Vir. j. æne.

TITVLVS XI

præstas. **A**t bellū qđ ex inferis pdijt inuidiæ auariciæq;
 coniunctū a deo uiris bonis est inimicū : ut uel ipsis aucto/
 ribus noceat. **N**am si pugnare primū cum superis aui sunt
 uel apud **S**iculos illi: qđ pulcherrime poetæ fabulant: uel
 in **P**blegæa ualle: quib⁹ **H**ercules succurrit cū **P**alladæ: su/
 perati sunt continuo/subditi interempti. **A**niceps est sem
 per exit⁹ belli: cū in eo plurimū **P**lutarcho & **V**egetio te/
 stib⁹ fortuna dominet. **B**ello sordescūt oia: **I**nculti sūt agrī:
Syltescūt uineta: **S**anguine sudāt campi: **N**ullis in reb⁹ ru/
 ris urbisue remanet suū dec⁹. **O**mnia corruūt: omnia dela/
 bunt. **A**d pacem ridēt coloni: **C**rescūt iumenta: uniuersa
 insuper & pecora campi. **V**ide qđ sit pace delectat⁹ **P**sal/
 mista inquiring de hoie: **O**mnia subiecisti sub pedib⁹ eius:
 oues & boues: uniuersa insuper & pecora cāpi. **M**inuisti
 eū palomin⁹ ab angelis: gloria & honore coronasti eū. **N**ō
 inqt: subiecisti tela: enses: scorpiones: balistas: nec in his eū
 uoluit coronari: sed in ijs quæ pacis sūt & concordia: qb⁹
 coalescūt omīa: quæ sūt usui nostro necessaria. **P**artim ani/
 mala bruta **D**emosthenes ait: ad arandū homini tradita:
 partim ad uescendū: partim ad uestiendū: oia ad hominū
 usū: nulla uero declarauit ad pugnandū: qđ hodie multi
 uolūt armēta dici ab arando: ut tergorib⁹ boū equorūq;
 fiebant apud ueteres arma. **E**go uero ab arando dicta pu/
 to. **Q**uo tendo patres cōscripti ut intelligatis: qnti rear pa/
 cem concordiaq; faciendam esse. **P**ax a priscis præsertim
Orpheo profopopœia facta: fide comitata describit: læta
 qdem ann⁹: diuti⁹ scilicet obseruata: quæ lætos reddat po/
 pulos: in q̄ fiat qđ pmittit atq; dicit: **B**ellū monstrū est in/
 forme igni gladijsq; circūuentū: mœstū & iuuenile: qđ &
 nuper sit inuentū iuuenū furorib⁹: & nihil obseruet fidei:
 omnia uiolet: omnia cadat: cogatq; mœtere omnes infor/
 mes fieri. **P**aci **P**hœb⁹ præest comosus: formosus: uates: **P**hœb⁹ paci
 sanct⁹. **B**ello **M**ars terrific⁹: galeat⁹: bastat⁹: deformis: im/
 pius. **S**iqdem recte **L**ucanus inqt: **N**ulla fides pietasq; ui/
 ris: qui castra sequūtur: quæ quidem castra illic esse duco:

Pblegæa
 pugna
Plutarcho
Vegetius

Psalmista

Demosthe/
 nes

Orpheus

Phœb⁹ paci
Mars bello
Lucanus

ubi castrorum sunt effectus: rapina: uiolentia: praedae: ruina: calamitates: depopulationes: deuastationes: aeruna.

Thucydi. Prob deū atq; hominū fidem: pnt ne homines adeo esse immites & ut efferi sint magis q̄ implacabiles ferae: **Inter** eas ut sententiam complectar **Thucydidae:** quam **Iuuenalis** in se traduxit: quæ suo generi obsit: **Quis** leo leonem iugulat? **Quis** ursus ursinos interimat foetus? **Quæ** tigris interimit tigres? **At** hominib⁹ hoc iam est uitæ genus: hic laudis usus: hæc gloriæ quærendæ gratia: ut sese dilanient prælijs: suūq; cruorē præmant multi loco. **A** prælijs & pudor fugit & religio: qb⁹ sublatis quid homini supersit: aut uirtutis: aut spei: non intelligitur. **Quot** enim pudore continent: qui ratione contineri non possunt? **Quot** deū co-

David lentes eundem metuūt: iubente **Dauidico** uersu: Initiū sapientia timor domini: qui mali hoc sublato metu fierent? **A** uobis **O** patres: quis ingessit discordiæ faces? **Quis** coegit hoc tabo foedari? **Qui** docetis præcepta pacis: estis beligeri? **Qui** admonetis populos & ad pacem ac concordiam adhortamini: eam profugitis? **Qui** debetis exemplo cedere cunctis innocentia: humilitatis: paupertatis uoluntaria: ac cuiusq; uirtutis: allicitis usu uestro cæteros ad uita? **Videte** ne deus hoc ferat: ne irascat: ne uos in furore arguat. **Consulte** paucitati dierū: quibus nihil est firmitus obitu. **Considerate** quid auctor pacis a uobis petat: q̄q; sitis in eum auari pacis: qui suo cum interitu consuluit paci nostræ: cū iam coepissemus acriter expugnari. **Ad** pacem concurrite patres: ad pacem optimam: frugiferam: hominumq; in omni genere alitricem sedulamq; tutricem. **Pax**

Musaes hæc ea est uirgo: quam **Musa⁹** ille non doctus minus q̄ antiqu⁹ describit esse nudam: albam & oliua manu ferentē. **Quippe** quæ nuda simplexq; nihil habeat simultatis: nihil seditionis admixtū. **Alba** uero pura sit & imaculata. **Ferat** aut oliuā abundantia signū: q̄ fouent omnia uitæ nostræ

Pallas intē necessaria: cū & inuentrix oliuæ **Pallas** Athenas statuisse **trix** oliuæ dicat: urbem non solū ad uiuendū optimā: sed ad omne

TITVLVS XI

Studioꝝ gen^o præstantissimam. In bellis discunt homines sæu
 uire: furere: insanire. In pace uero docentur bonos mores:
 rectas disciplinas: beneq; ac beate uiuendi rationē. **Quid Tulli^o in off.**
 ex bello non iniquū: ubi Phœnissis uersib^o **Cæsar** usus per
 bibeat: **Si uiolandū ius est: regnādi causa uiolandū est?** **At**
 in pace illud habet **Homericū:** qđ sic interpretor. **Pace ho,** **Homerus**
 mines uiuūt: peperitq; sola quietem. **Bella** fremūt: si uero
 aiā sternunt & ossa incipiūt albere solo. **Sed** pace iutant
 in studijs ppli. **Nihil** est in pace malignū: in bellis sine frau
 de nihil. **Pax** optia leges instituit: moresq; bonos. **At** bel
 la nefanda decreuere dolos: qb^o est uiolentia parta. **Hicce**
 uerbis satis esse duco: ut uos a discordia cōtineatis: & ego
 uos ad pacem concordiaq; cōmoueā. **Quæ** uobis tū ului
 cedit: tum amplitudini. **Bene** ualete. **Ex Mediolano. xv.**
 kalendas Ianuarij.

¶ **Synonyma cōmotiua ad pacē.**

Ego tibi luadeo pacem.

Tibi plurimū dissuadeo bellū.

Cupio te ad pacem cōmouere.

Vt pace uiuas te hortor uabementi^o.

Nihil abs te plus appeto q̄ ut a bellis abhorreas.

Fac si me amas: ut pace quiescas.

Consule si sapi: togæ potius q̄ armis.

Si uis habere p̄ q̄ optime præficias tibi pacē.

Nulla res tibi cōstituēda ē accurat^o q̄ ut in toga uerferis.

Sit tibi pax præferenda bellis.

Fuge prælia: occurreq; quieti.

Tam est pax tenenda: q̄ bellū execrandū.

Dilige pacis ociū: ne subeas belloꝝ anfractus.

Pacē adhibe tibi cōtubernalē poti^o q̄ bellū conuiuā.

Phœbū tibi præpone ducē quietis auctore.

Martē profuge: reꝝ tuarū imperatore.

Mineruā tibi magis coniūge q̄ **Bellonā.**

Quære semper pacē quæ facit omnia florescere q̄ prælia
 qbus omnia sordent.

Omni curā pacis incūbe studijs: quibus oīa læta sunt.

Attentissime tela pelle ac militiā: cuius uī oīa lugēt.

Esto uirorum socius: quos ad pacem inuitant singula uitæ commoda.

Noli bæluarū uestigia sequi: quæ semp dimicāt.

Totiens euitabis belli curas: quotiēs tuæ tuorūq; salutī ac incolumitatī consulēs.

Titulus duodecimus.

Cōmotiua ad bellū familiaris.

Et si uideat̄ q̄ plurimis bellū ab humanitate alienū: ego nō arbitror omne bellandī genus idem esse. **S**i tueri enim se ipsū natura duce licet: ac uim uī repellere: docent populorum omnium leges ac iura. **S**i rursus: cum neminem lædere iubemur: continuo subdit **C**icero: nisi lacessiti simus in iuriā: illud certe bellū iustū est quod ut nos imunes tueamur suscipimus. **I**d enim uel animantia muta sequūtur uī naturæ: ut uel ea quæ ad præliandū nō sunt idonea: dimicare cogant̄: defendendi sui corporis causa: q̄ si non defendunt interdū: robur tamen omne uimq; in sui tutelam exercēt. **N**am uel ipse leo quē **A**ristoteles: **A**lbertus: **P**liniusq; natura describūt non omīno ferina: si potest hominum insidias & tela uitare fugiens: uitæ potius incolumitati fugiens consulit: q̄ eius bellans in dubio furori. **N**on ego te cōmoneo ad bellū: quia uel ipsis te uelim imitiorē esse feris: sed ut indemnitati seruias urbis tuæ: tuorūq; cliētū: **Q**uis est q̄ non intelligat te nihil humanitatis officijq; prætermisisse: ut pace uiueres cū hisce tuis fratribus? **M**aluisse de tuo condonare: q̄ de re illorum quicq; diminuere. **F**uere assidue bellaciores: q̄ ocij q̄ etisq; cupidiores. **N**eq; dedisti bellādī causas: neq; eos inuitasti quidē ad pugnā: **I**psi sunt impetuosius adorsi. **C**ōmonuisti rogastiq; & es demū interminatus: si te prouocarēt ad arma. **I**rriserūt: ne glexerunt ac te penitus duxere nullius esse precij. **H**oies habes atq; deos tuæ benignitatis testes: & ut inuit in hoc p̄deas bellū: sed q̄ aut cedas fratribus? remq; amittas oēm

Cicero

Aristoteles

Albertus

Plinius

TITVLVS XII

aut pugna te defendas. Itaq; te para: in idq; castros; accin-
ge: quæ fauore terrar; cæliq; sint futura faustissima. Bene
uale. Ex Mediolano. xiiij. kl. Ianuarij.

Cōmotiua ad bellū familiarissima.

Audito tibi litem intercipiendam esse cū tuis tutoribus il-
lis q; debebant esse patres. Lis ipsa priuatim esse bellum a
Scæuola iurisconsulto diffiniē. Bellandū est igit; tibi: hoc
agendæ: determinādæq; gen^o causæ: q; uelint: improbent
ego te laude dignū duco. Hinc & iniuriā: qd̄ honestos de-
cet omnis atq; bonos propulsabis: & patrimoniū tibi ob-
liguriri non sinas perperam. Fac ut bono sis animo nec cu-
iusq; preces audi: nec minas expauescas: nisi uel iisdē pre-
cibus alliciant; hostes tui: uel minis pri^o deterreant;: & pa-
ce malint rem tuā tibi restituere: q̄ raptā armis uic; frau-
dare. Scis qd̄ dicā. Me ad mitte consulem q; te amo: scioq;
quid te deceat: qd̄ de deceat. Bene uale. Ex Mediolano
xij. Kalendas Ianuarias.

Cōmotiua ad bellū grauis.

In omni re intercipienda: finem esse diligentius animad-
uertendū **Aristoteles** docet. Si qdem res ipsæ tum a fine
denominādæ sūt: tū etiam bonū appetūt: in qd̄ omnia di-
rigūt. At hoc præcipuū uoluit esse hominis: **Plato**: ut de-
ligat ratione summoq; consilio: quid constantissime: pati-
entissime tolerantissimeq; prosequat;. **Cicero**
Nam ut illud est **Ci-**
ceronis: præstat non incipere: q̄ ab inceptis turpiter desi-
stere. Bella suapte natura dira sunt: discordiæ difficiles: si-
multates odiosæ: factiōes abominādæ. Vituperant; inter
priuatos rixæ: inter amicos dissidia: ut illud extat **Terentius**
Terentius
Valent q; inter nos dissidiū quærūt: inter necessarios iur-
gia: inter omēs dissensiones: cōtumeliæ: cōuitia: quæ sunt
omnia diuersa belloꝝ genera. Sed in omī facinore bellico
illud deter^o minusq; ferendū: quo simul & res offendit;: &
dignitas lædit;: & uitæ finis attemptat;. Hic neq; fides ser-
uat; nec fœdus: nec pietas. Quobrem Romani fuere min^o
aliq̄ mansueti in pœnos fœdisragos; in Numantinos: in

Epirotas: q̄ uel in **Asiaticos:** uel in **Latinos:** uel in ipsos de-
nig; **Scythas** q̄bus primi bellum intulerūt: coegerūtq; sese
ab illata q̄dem iniuria tueri. **Nam** ubi bellum inferē: & id
omni acerbitate praeliandi: quis arguet de scelere: q; pro-
pullet: non inferat iniuriam? **Quis** autem accuset excel-
sus: q; mlto reddiderit etiā peiora q̄ acceperit: si q̄dem nō
numero p̄nt inferri uulnera neq; mensura? **Reddendū** est

Terentius se par pari docet **Terenti⁹** in **Thaidem:** qd̄ eam mordeat.
Iuuenalis. j. **Reponere** se uelle dicit **Iuuenalis** inquit: **Nunquā** ne re-

Satyra ponam? **Identidem** sibi factitandū declarat **Tulli⁹** dicens:

Tulli⁹ **Tibi Romæ** cū ueneris: reponā. **At** centū pro uno inter-
Theophras- tus dum reddūt **Christiana** monitione: q; uolūt **Theophrasti**
disciplina: agros fertiles imitari. **At** q̄ iuste te commoneā:

Quintilian⁹ ut a bellis hisce aduersus hos fratres detractores atq; cor-
rosos non desistas: hinc uide: q; q; te oppresserūt: assidue
indurescūt in re tua non reddenda: in tua calamitate co-
aceruanda: in tibi non parcendo. **Sunt** iccirco facta inuen-
taq; telorū diuersa genera: ut **Quintilian⁹** affirmat: ne ho-
mines caderent: sed se defenderent aduersus crassatores
& iniquos. **Quod** si tuendi sui corporis defendendæq; rei
nobis est licentia: qs; neget omnem iniuriam in aduersariū

Psalmista reijciendam? **At** mibi uindictam: & ego retribuā inqt do-
Apostolus minus. **Et** nolite: **Apostolus** ait: æmulari in malignantib⁹:

neutrū ex geminis hisce præceptis negligedū opinor. In-
iuriarū anim⁹ magnitudine perturbat⁹ omnino sedandus
est. **Nec** ij sūt audiendi q; nihil habent mansuetudinis: ne-
Vir. vi. æne. mini parcūt: nec obseruant poeticum illud: **Parcere** subie-

ctis: sed dissipant & euertūt omnia: discūtq; potius a malis
esse mali: cū licet: q̄ a bonis fieri boni: cū decet. **Verū** ubi
aut res ferro defendi potest: aut recuperari cū esse utrūq;
faciendū: nemo suadet: nullus præcipit. **Quod** si æacida-
rum animo digna sententia iudicatur a priscis illa **Pyrrh⁹**:

Pyrrh⁹ apd̄ **Nec** aurum deponco: nec in precium dederitis: qua tan-
Ciceronem dem in re quæ ad se minime pertinebat ullo iure: aperuit:
in officijs non cauponantes se at belligerantes sequi uelle: qd̄ illos

deceant q̄ t̄entes rem suam armis utantur opus est: aut ad ea se accingant: ut rem ablata in iuria: iure recipiant: **Arma sacerdotū rationes:** Augustino teste sint: & oratio **Arma sacerdotum** nes: **Precentur** pro incolumitate: pro dignitate: pro ipsa deniq; uita illum qui nullis est seductus illecebris mundi: nullis perterrefact^o periculis: nullis distractus oppressusq; uulnē dolorib^o: quo minus gen^o seruet hominū in perpetuam mortem corruentiū. **Vt** aut̄ ille mortem nostrā: quod nos docet ecclesia christiana: moriendo destruxit: & uitā resurgendo reparauit: sic nos misericordiæ semper **Ecclesia** opera profecuti non ferro debem^o iniuriā propulsare: sed supplicationib^o ac omni facilitatis genere: ut poti^o hostes in sententiam nostram flectam^o lachrymis: q̄ inflammem^o aduersus nos acerbissimis minis. **Arma** nostra prima præcipuaq; non diffiteor hæc esse ut deū in adiutoriū nostrū festinatē aduocem^o: ut **Dauidicū** extat illud: **Et ubi de^o David** pro nobis: q̄s cōtra nos: **Et domin^o** adiutor me^o & ego despiciam omnes inimicos meos. **At** arma secūda sūt rationes: q̄bus prius nitendū est: ut **Terenti^o** præcipit: **Omnia Terentius** prius experiri: q̄ armis contendere. **At** hic ipse abs quibus homine iussit ubi opus foret beneficū implorandū. **Si** ferent ea uulnera: quæ maximā populo pararent utilitatē: expedire dicendū arbitraret: ut unus moreret pro populo. **At** cū & res amittit: & uita sine cuiusq; alteri^o utilitate: q̄ ipsi^o oppressoris: siue ullius detrimento alteri^o q̄ oppressi: enitendū est omni uia ut occurrat succurratq; calamitati. **Volucris** natura dedit rostra: leuissimosq; interdū aculeos quosdam: a q̄bus diffugerent qui cuperent hīs obesse ut id generis conseruaret illæsum. **Vide** q̄ sit existimandū nobis diligent^o cōsuluisse: q̄ homines sum^o: quorū uita est utilissima: mors aut̄ perniciofa singulis. **Quod** si cunctōrū est natura conseruatrix hominū: multo magis eorū qui & sibi sunt & reliq; adiuumento atq; decori. **Duco** id q̄dem & sanctū & religiosū: argumētis disciplina: inculādo: accusando: p̄ omē defensionis māsuetae gen^o tueri uos decere. **Sed**

TITVLVS XIII

Laphithæ cū reliqua pficiāt nihil: ad bellū uos accingite: nō ebriorū
Centauro **Laphithæ** atq; **Centauro**ꝝ more: nō **Martiali** uia **furiali**:
 nō **probris**: nō **crucoris** effusiōe: si aliter fieri pōt: sed q̄ ho/
Hesiodus nestissime: ut docet **Hesiodus** fecisse supos qbus cū minis
 rōneq; satis nō fuit: gigātes illos telis cælestiū cōfossos red
 diderūt. **Formicas** tñ imitāmini quæ mordent ne pereāt.
Vale. Ex **Mediolano.** xij. **Kl.** Ianuarij.

¶ **Synonyma** cōmotiua ad bellū.

Esto bellacior q̄ oppressior.

Ita te tuere armis: ut nō pereas.

Nullū prætereas teli genus: ut sis immunis.

Ad te conseruandum illæsum: uel bellum tibi iuste suscipi
 endum est.

Nihil est omittendū: ut nō sis iniuria laceffitus.

Omnia tibi sunt armorū genera procurāda: ne pereas.

Adhibe tibi & uires: & uim: & arma potius q̄ & re priue
 ris & uita.

Nihil tibi negligat qd̄ ad tuā possit pertinere tutelā.

Fac ut uel rē bellis expiare: ne qcq; hostes tibi surripiāt.

Ego te ad bellū cōmoneo: qm̄ neq; pace uiuere.

Cū quiete sedere tibi nō liceat domi: sis i castris inquit t̄.

Sūt iccirco tibi subeūda castra qa domi te reqescere negāt

Bellis instā: qd̄ ratiōe tibi nō dat̄.

Ad arma diffugiendū est: cū uerba rōnesq; nō sufficiūt.

Emenidas sequere: si te phœb⁹ fugit.

Martē adhibe tibi ducē: si **Mīnerua** te spernit.

Non cōmonerē te ad arma: si uiderē satis esse cōsilij.

Tela suscipe auxiliaria: si uides rōem tibi fauere nō posse.

Si legib⁹ nequis: armis pugna.

Cornus tibi iactetur bellax: si latrus pacis musarumq; fau
 trix nihil prodest.

¶ **Titulus** tredecimus.

¶ **Postulatiua** rei certæ familiaris.

Bucephalus Equū habes: ut audio: singularē robore ac specie: ut iā **Bu**
cephalus **Alexādrī** **Macedonis** ille uideat: aut **Geminorū**

Cyllarus. Est talis: ut te multo magis dicatur efficere bello **Cyllarus**
 strenuū: q̄ sis uel natura uel usu. **Quod** ego uero delecter
 equis nobilibus istiusmodi: non ignoras: q̄q̄ soleant esse
 mea quæq̄ tibi cōmunissima etiā nosti. **Nihil** habeo tantū
 qđ pro ueteri nostra consuetudine tibi nolim esse dedica-
 tū. **Cuius** quidē rei picula nō semel abs te facta sunt: meq̄
 semp & tui amātiore: & erga te liberaliore inuenisti. **Nec**
 ea quidē adduco in mediū uerba ut exprobrē tibi quicq̄.
Es enim gratissimus omnium & beniuolentiæ tenacissim⁹.
Verū ut memineris: non arbitrari me posse: te quicq̄ esse
 negatur. **Haud** te latet in quā inopiā sim redactus: post
 eaq̄ ab hostibus sum superiore anno supatus. **Nunc** autē ia
 ceo quasi mancus: ut Iuuenalis inquit: & extinctæ corp⁹ **Iuuenalis**
 non utile dextræ. **Nam** ut peritissime dixit **Quidius**: **Cre-** **Quidius**
 de mihi miseros prudētia prima reliq̄. **Et** sensus cū re cōsi-
 liūq̄ uenit. **Nunc** audēt in me debacchari: qui me pri⁹ ue-
 rebantur: & inter pedites stipendiū mihi statuendū: dice-
 re: ne pereā: quasi misereātur mei. **Quod** si equū ad me tā
 egregiū dederis: & apud deū & apud hoies officiū foene-
 rabere. **Non** reddā nūc uel preciū uel mercedē: sed ne du-
 bita: fore me unq̄ imemorē beneficij. **Bene** uale. **Ex** Me/
 diolano. xj. Kl. Ianuarij.

Postulatiua rei certæ familiarissima.

Librum accepi te possidere: cui par in Italia nullus extat: **De** **Plinio** &
Plinium inq̄ correctissimum: qui eum & rarus & nusq̄ inue- **eius** **laude**
 niatur alibi q̄ apud te: potes domin⁹ unicæ uoluptatis ap-
 pellari. **Nam** quantū **Plinio** debeamus: quis ignorat: **Hic**
 ut plurimarū est disciplinarū auctor: sic nullius artis impe-
 ritus: medicinam profecutus est: naturæ arcana rimatus:
 res paucissimis admodū notas profecutus. **Quoq̄** nobis
 est utilior: sua sic expressit tempora: ut neq̄ **Iuuenalē**: nec
Martialē: nec **Quintilianū**: nec **Suetoniū**: nec **Cornelium**:
 nec alium quēq̄ ex ea tēpestate: nec mores historiarūq̄ rez
 illis temporib⁹ gestaꝝ intelligere ualeam⁹ sine **Plinio**. **At**
 si mendosus est: ut a nullis adhuc librarijs emēdatus: quid

prodest semiuiri corp⁹ quasi monstrū intueri: Quid cum mutuo surdoq; loqui: Quid cum eo causam agere: q; qui dem est omniū difficillim⁹: Quāobrē si æque postulo: si non iniuri⁹ tibi sum: si rem non ad modū perdifficilē abs te oro: ut exorari banc sinas: te rogo atq; obsecro: Iubeq; de me tibi ac pollicere qd̄ uelis. Bene uale. Ex Mediolano. x. Kalendas Ianuarij.

¶ Postulatiua rei certæ grauis.

- Sētētia phl/** Qui postulant res magnas atq; amplas: non nisi maximos
losophorū debent & amplissimos adire uiros. **li** enim solent: ut relig se digna tradere: cum philosophorū sententia sit: decere quemlibet sese uiresq; suas in officijs metiri. Quāobrem
- Cicero** & **Cicero** inqt: Hominem occidat: qui tua opera uti uelit.
Alexander Et **Alexander** ille magnus: cū egregiū argenti auriq; pondus **Philippo** nescio cui **Barbaro** dono dedisset: incusareturq; q; magna tradidisset **Barbaro**: quibus esset indign⁹: At ego **Alexandro**: respondit: munus dignū dedi. Quo autem mortalib⁹ reliquis principes antecellūt: q̄ uī maiestateq; donādī: q; possint bonis benefacere: Reliqs enim uirtutib⁹ a multis priuatis interdū æquant: nonnunq; superant. **Cyrus** apud **Perlas**: & **Cæsar** apud nostros donādo **Cæsar** sibi gloriam immortalem quæsierūt: factiq; sūt apud posteros clarissimi. Hac officiorū exhibendorū gratia propinq sumus superis. **Donat** enim deus: largitur: concedit quæ postulam⁹ ab eo: non solum benemerentes: sed ab illo qui clæmens est: qui misericors est: qui pius est: neq; secundū ea quæ facimus: ut **Apostolus** inquit: sed scđm misericordiam suam saluos nos fecit. At uel ipse deus nonne uotis hominū: oblationibus: decimis: primitijsq; placat: non q; egeat: sed q; hominū uelit mentes in donando cognosceret: Itaq; tum illud sacrū exodicū extat: **Non** apparebis in conspectu domini uacu⁹. Et illud **Nafonis**: Munera crede mihi placant hominesq; deosq;. Placat donis **Iupiter** ipse suis. Quamobrem & in ipsos **Perlas** principes idem solebat obseruari: ut occurrerēt populi tā publice q̄ priuatim:

TITVLVS XIII

singulis suis regibus afferentes pro suis facultatib⁹ mune-
 ra. Hoc autem inter magnos interest atq; paruos: q; regū
 ac dei exemplis intuemur esse factitatum. Nam **Artaxerxes**
 xes non min⁹ læta fronte iucūdaq; mente perhibet aquā
 sibi a uillico oblatam in agro sitienti accepisse: qui nihil ba-
 beret aliud quod donaret: q̄ quicquid præclarior atq; ra-
 rius **Persæ** cæteri ditissimi quidem illi tribuissent. **Christus**
 uero in magorum muneribus non admisit serius offeren-
 tes thus atq; myrrham: q̄ qui aurum traderet. **At** reges in
 subditos sunt ea munificentia liberales: quæ possit ac de-
 beat uel regia dici: uel regalis iudicari. **Deus** uero nihil do-
 nat qd̄ non maximū sit censendū: quippe qui nō ignorat
 quib⁹ egeant homines: quod nos ignoram⁹. Itaq; non in-
 iuria **Socrates** admonebat non esse a dijs illud postulan-
 dū aut hoc: sed quæ nobis scirent profutura. **Quam** sen-
 tētiam complex⁹ **Iuuenalis**: si qd̄ tandem certi supplicat:
 postulandū cōsuluīt mentem sanam in corpore sano. **He-**
rodotus uero **Halicarnase⁹** pro **Cleobi** ac **Bitone** matrem
 pientissimam religiosissime docet supplicasse ut ijs de⁹ lar-
 giretur: quæ uideret eis magis esse conductura: quæ deus
 sciret: genitrix ignoraret. Itaq; dei fili⁹ **Saluator** noster bu-
 manam indut⁹ carnem: eū orasset patrē ut amaritudinem
 auferret sibi crucis: si possibile esset: subdidit homo: ut hāc
 facultatem ac difficultatem omnem diuino consilio iudi-
 cioq; submitteret. **Verū** tamen nō quemadmodū ego uo-
 lo: sed quomodo tu. **Qua** qdem & christiana & gentili ad-
 monitione distractus: & si non debeo petere certū aliqd̄
 cum tamen hodie uita sit nobis aliter comparata: aliter &
 aperti⁹ supplicandū: & certi⁹ aliqd̄ postulandū esse duco.
Nam licet tu pontifex maxime deus sis nobis in terris: ge-
 rasq; **christi** officiū: es tamen homo: qui ut **Tullius** inquit:
 uel prudentissimus: uel sapientissim⁹ in mentib⁹ hominū
 atq; multorū necessitatibus: potes falli atq; errare. **Quare**
 mea qdem est detegenda ualitudo: ut **Boeti⁹** docet: si me/
 dicantis operam expecto: uuln⁹ est detegendū. **Ego** iam

Artaxerxes

Christus

Socrates

Iuuenalis

Herodotus

Saluator

Tullius

Boetius

TITVLVS XIII

dudū & litteris adhibui omnē operam: & uitæ curam habui modestissime: imprimis & ut doctus aliquando: & bonus: & adhiberi possem & esse: tum uero ut quæ sita fortunæ: ui atq; fauore: commodius quirem atq; liberius incubere studijs. **V**idetur enim uiuendi acerbitas atq; difficultas plurimū obesse bonæ hominū in studendo agendoq; uoluntati. **Q**uamobrem illud **T**erentianū hæcenus me prohibuit mihi desperare: **C**um non potest id fieri quod uis: id uelis quod possis. **I**lludq; spem constituit optimam: quæ apud **M**aronem: **O**passi grauiora dabit deus his quoq; finem. **N**ūc ubi & laboraui iam dudū in uita: & familia meis humeris a patre grauis est relicta: & patrimonium est debilissimum: & eo pacto a studijs distrabor per familiaria negotia: & a negocijs per studia: ita ut neutris satisfaciens nihil efficiam: ad tuam decurro sanctitatē: quæ me adiuuet mihi meisq; uiuendi uiam aperiat. **Q**uid certi postulo: de re quæris: uel de genere: ut sis in me officiosus: ut quoniā religioni sum ascriptus: tantū in me conferas beneficij: quantum non mea quidem merita: quæ aut nulla sunt: aut minima exigūt: sed tua munificentissima solitaq; largitio impertit. **V**acat hic diuī **A**mbrosij abbatia: uacant alia quædam ecclesiastica: **D**elige quod malis: meq; tua exorna gratia. **E**o pacto & meos ex orco iam semineces in lucē reuocabis: & me procurabis inter uiros non ignaros aliquando numerari: quæ me tuæ beatitudini totū dedico. **V**ale. **E**x **M**ediolano. ix. kalendas Ianuarias.

Synonyma postulatiua rei certæ.

Rogo librū hūc mihi commodes.

Ne rem hanc mihi neges: te obsecro.

Cupio uerbementi⁹ id mihi tradi.

Plurimū appeto: tuū equū abs te consequi.

Laboro solū: ut hoc mihi dono des.

Omnis mea cura in hac re consequenda sita est.

Fac si me amas: ut rem postulatā ad me mittas.

Si meus es: ut ostendis: nihil excipies: quo minus hoc me

ornes munere.

Credo abs te amari: ut dicis: si rem petitā mibi das.
Afficies me uoluptate incredibili: cū in hoc mibi donando nihil omiseris.

Quod abs te cupio: ne producas in spem uanā.
Esto erga me tā in hac re liberalis: q̄ ego erga te forē.
Obserua in re parua: quā postulo: talē in me diligētia: qualē in te multo in maiorib⁹ obseruarē.

Cura ut intelligā te in hac re postulata nō min⁹ liberalē: q̄ in reliqs antehac semper fueris.

Peterē hoc abs te uerbis prolixiorib⁹: nisi te mūnificū natura cognoscerē.

Tam es solitus esse liberalis: ut in hac re certa postulata nihil dubitem.

Quoniam a te pendet mea salus omnis: hoc qđ oro fac ut exorem facillime.

Titulus decimusquartus.

Cōmunis amicitiae causa familiaris.

Ea debemus amicis singula: ut **Plutarchus** docet: quæ nobis ipsi. **Propterea** uoluerūt **Lycurgi** leges: ab amicis uel ditissimis in amicorum caueri causis: nisi cum iisdem diuinitib⁹ eae causae proprie crederentur. **Agit** istic **Curius** causam: qui mibi supremo est amicitiae genere coniūctissim⁹. **Ago** causam hanc ego ipse: cum nullo sit a me diuisus ille. **Afficitur** is iniuria. **Ad** me pertinet. **I**ure in eius agit causam. **Ad** me attinet. **Q**uid nam suum ille scit esse: quod mibi commune uel ipse diffiteat: uel ego non affirmē? **T**e igitur rogo uabementius: ut amicitiae communem hanc esse causam ducas: nec a **Scipione** **Laelium** separari posse: nec a **Curio** **Lodouicū**. **S**um⁹ animis ita coniūcti: ut anim⁹ ab **Aristotele** coniūctus dicit esse corpori: ut lætanti collatet: & dolenti cōdoleat. **C**ommunē mibi uitam cū eo cōparauit: cōe uiuo fatū: communē quoq; subire in mortem. **T**u me amas: hūc ama. **T**u me foues: hūc foue. **T**u me uides: hūc uide. **N**ibilo differim⁹ alio q̄ facie. **V**ult⁹ est idem

Plutarch⁹

Leges

Lycurgi

Aristoteles

Vultus fm quem a uolendo definiuit **Tulli**º: dictum esse signum ap/
Tullium parens in facie: secundum animi motum. **V**nde illud ex/
Ouidius. ij. **tat Nasonis**: Heu q̄ difficile est crimen nō prodere uultu.
metamor. **Mente non dissimili**: pari studio: paribus officijs etiam cu/
 pimus fungi: nec alius cuiusq̄ est muneris particeps: cuius
 alter possit expers appellari. **S**uperest ut in eo me totum
 esse ducas. **Bene uale.** **Ex Mediolano octauo kalendas la/
 nuarias.**

¶ **Cōmunis amicitiae causa familiarissima.**

Iniuria laceffitus est a conciuē tuo **Marcantonius** amicissi/
 mus meº. **C**ommunis amicitiae causa fecit hanc iniuriam
 non ad me minus attinere q̄ ad illū. **I**n illo enim ego sum:
 facitq; firmissimū hoc & uerissimū amandi genus: ut neq;
 ab me absit ille: nec ego ab illo abesse possim. **D**ebet q; est
 iniurius uindictam dubitare. **I**s iniquus certā habet: quam
 expectet propediem: putetq; non esse nos mente tam ab/
 iecta: ut ulcisci hanc nequiciam nesciamus. **F**aciemus id q/
 dem: & maiore multo mēsurā. **C**ommune sibi odiū suisq;
 comparauit omnibº & meū & amici: hoc est duorū inge/
 nia: uno spiritu: duorū tela: uno ictu: qd̄ ut eū admoneas te
 plurimū oro: ut intelligat qd̄ egerit. **Bene uale.** **Ex Medio/
 lano. vij. kalendas Ianuarias.**

¶ **Cōmunis amicitiae causa grauis.**

Trito illud **Græcorū** uerbo a nobis usurpatū est: ut amico/
 rū omnia sint communia. **Q**uamobrem inter eos interdū
Cicero in officijs cōtendi uisum est de morte quā uterq; sibi mallet: ut ami/
Phythias ci succurreret uitā: q; fuere apud ueteres communi amici/
Damon tia coniūctissimi. **N**am cū **Phythias** & **Damon** amicissimi
 qdem illi ad tyrannū **Siculū** conuenissent: a quo alter esset
 neci destinatus: peteretq; ut se ire domū sineret: testamen/
 tū æditurū: ordinaturūq; negocia domº suā: pro eius re/
 ditu alter cauit: ea lege ut si non rediret pro eo cedere.
Miratº paulopost tyrannº eius reditū ad paratū interitū:
 ut amicus uiueret: nec nō utriusq; cōtendentis uolūtatem
 moriēdi ne pīret amicº: nihil magis optauit q̄ ut tertio illis

TITVLVS XIII

annumerare: quorū omnes erāt cōmunes causæ. Eodē fere cōtendēdi genere: amicūq; sibi præferēdi cognitus est apud Dianā illā Turicā: cui a Thoane uiro Ephiginie solebat alter ex hospitib; imolari: cogniti sunt Orestes & Pylades ac seruatus uterq;. O iucundissimū amicitiaē genus: quod neq; lætos deserit: nec mœstos: nec magis uitæ cedit q̄ mortī. Quid si potius in luctu ac rerum acerbitate uerum cognoscitur cōmūnis amicitiaē fundamentū ac robur q̄ in exultādo? Nā ut Sappho: in aduersis optimi sunt amici. Nam p̄spera semp amicos habēt. At ut Senerinus ait: Qui cecidit: stabili non erat ille gradu. Vos in eū estis religionis nostræ sacerdotē ac theologū inuecti: omniq; hunc contumelia iniuriaq; insectati: qui ut uir doctissimus est: atq; omni probitatis: innocentiaē: integritatisque genere splendidissimus: sic mecū ea coniunctissimus amicitia: ut cōmunia mihi ducam huius singula. Iniuria nō est hic igit̄ unus a uobis lacessitus: at & ipse cum illo mihi propriam illatā iniquitatē esse duco. At qui despexistis eū talem ac tantum: cōtemnetis & me pariter: nec a me magis uobis esse censebitis metuēdum: q̄ ab ipso timueritis. At qđ primū est: occurrat uobis Virgilianū: At sperate deos memores fandi atq; nefandi. Nec existimetis: quia nondum uos plectit: oblitum uos esse Christū. Nā ut Valerius ait: Lento gradu ad uindictā sui diuina p̄cedit ira: Tarditatemq; supplicij grauitate cōpensat. Verum & homines nos haud censeatis tā esse uel rationis expertes: uel humanitatis: ut nesciam; nolimusq; docere q̄ inique tulerim; & infensi feramus: ut inulta hæc remaneat iniuria. Cōmunis amicitiaē causa: uitā meā & rem omnē in hoc uindictæ genus debere me conferre: nō nescio: at contra scio mihi oēs defatigandas propinquitates: ut eis sim adiumento qui uel mihi profuere uel amico: cuius cōmunem causam semp ago. Quod si id nō seruaret: frustra pro ulciscenda Patrocli morte: apud Homerū æacides se prælio insecutioniq; ascuisset Hectori: a qua iureiurando irat; in Aga-

Orestes
Pylades

Sappho
Boetius

Vir. j. ænei.

Valerius

Homerus

memnona se abdicarat. Illorum qui cōmunē amicitia tam diligenter obseruarūt: & ego uestigia imitatus nihil omisi, furus sum: quo minus hanc in amicū illatam iniuriā æque ac in meipsum ulciscar. Rem babes qui contra sentis. Ex Mediolano. vj. calendas Ianuarias.

Synonyma cōmunis amicitia causa.

Amici mei causa mea est.

Omnia quæ amicus sentit: ego sentio.

Nihil ad amicū attinet quod ad me nō ptineat.

Quicquid amicus sentit: ego experior.

Si quid amico accidit: mihi euenit.

Amico iucunda: mihi sunt uoluptuosa.

Fac ut amico placeas si uis placere mihi.

Nibilo mea mens differt ab amico.

Quæuis amara mihi: sint amico prius.

Cor meū cum amici corde cōiunctum est.

Nulla sunt in amico quæ non sint in me pariter.

Difficilis æque sum in amici luctu ac in meo.

Cum de amici commodis & incōmodis loquor: de meis me loqui crede.

Nulla cogitatiōe uel in re minima sum ab amico dissociatus.

Nihil est tā mihi mecū quā ab amico sepatū esse uelim.

Quod me curare quis uelit: faciat ut amicus curet.

Cui me^o est amicus fautor: is me sciat sibi futurū adiutorē.

Nulli est uel patris tam chara causa uel filij: quā mihi quæ mei sit amici.

Nihil inter ueros amicos est non mutuū.

In amici uita mea quoque stat uita.

Ab amici pendet incolumitate imprimis mea salus.

Titulus. xv.

Locosa de se familiaris.

Ego nihil unquam pluris feci: quā ut graues & modestos honore: sic leues & petulantes aliquo afficerem incommodo.

Hesiodus Sic enim me admonet Hesiodus epigrammate suo dicens:

Ut grauis atque boni titulis iactatur honestis: Sic malus affli-

duis constet & ipse iocis. **E**o enim pacto ut **Plinius** docet: **Plinius** boni ad uirtutes alliciunt: mali a uitijs deterrent. **C**ū hodie noster ille theologorū simia in ioculariū patrum inci-
disset: iamq; supra modū se iactaret: ad meq; cōuersus au-
deret de theologis subtilissimis uelle contendere. **Q**uis
nā dixi **O** cucule noster futurus est arbiter: ne diem inglo-
rius terā: **P**ercunstantibus qui astabant: plerisq; bonis pa-
tribus: cur eū cuculum appellassem: fabulā fatis iocosam
dixi: **C**uculus ausus est cū philomena uelle de cantu mu- **De cuculo**
sicaq; certare. **C**oacta illa in certamē descēdit: **A**sin^o dele- & philome-
ctus est iudex: quippe q primus illac transierit: quia primū na
trāseuntē iudicē delegerūt. **A**udiuit hic auriculat^o utrūq;
canentē: **P**hilomenā modulis ad æthera uolantē: cuculū
suo illo incōcinno cuculatu in idē semp se flectentē. **T**an-
dem sic censuit: **E**go te philomena tot garribus usam nō
capiro: hunc intelligo: qui latine cantat & aperte: **H**ic meo
quidē arbitrio te supat. **H**ac fabula dimissus est confusa si-
mia nostra. **V**ale. **E**x **Mediolano**. v. calēdas Ianuarias.

Quocosa de se familiarissima.

Si quid agā: quæris: dormio. **N**ā inter assiduas hic sum ne-
bulas: nec lux est ulla interdiu: nec cum quibus cōmēter
de re ulla inuenio socios. **F**ratres meos a somno uix pos-
sum excitare. **C**redo mūdum ruiturum. **D**ormio: ut me
dormientē mortis dolor minus afficiat. **A**d hęc autē ne
mortuorū me inuadant cadauera solū: **N**am cum adsint
oēs in cellulis: ego quid solus cōtra tot luce functos aude-
rem? **Q**uid quod eo magis mihi dormitādū est: quod hic
insurrexit frumenti caritudo maxima: **I**taq; ne sæpius pa-
nem quæritemus: qui negat assidue: dormimus. **Q**uod si
ad me scriptur^o es quippiā: fac ut eam expectes diē q nos
Aplius uocet: inquit: **H**ora est iā nos de somno surgere: **A**postolus
cū hacten^o **C**hristū audiam^o dicentē: **D**ormite iā & requi- **Christus**
escite. **N**ā & uos parit^o ois dormire coniectō: nihil ad nos
mittētes litterarū. **E**x **Mediolano**: iij. calēdas Ianuarias.

Quocosa de se grauis.

- Cicero**
Demosthe-
nes Cum uellem ad te grauit̄er quicq̄ scribere: tū occurrebat iocosa de me materia. **D**istrabebat a scribendo: sicq; me cū ipse dicebā: **A**d uirum grauem iocos scribam: **A**t quo pacto grauis esse iocando possim: **T**um redibam in mentem: cū meminissem: & **C**iceronē de cauillandi: iocandi q; gratia satis eleganter locutū: & **D**emosthenē apud **G**ræcos idem factitasse: & plerosq; uiros doctissimos summā laudē iocando cōsecutos. **Q**uid est em̄ aliud iocus (unde cauillum & facetiæ prodeunt) q̄ genus quoddā & artificiosum & urbanū: quo uel mores alicuius cum modestia accusant: uel franū inijciūt insolētī: uel inter amicos & pares aut nō multo dissimiles ridēdi materia nō p̄caciter exhibet: **N**ā q; te fili accinxit ensi dicēs **T**ullius: & risum cōmouit: & magnā multorū sedauit animorū p̄turbationē.
- Tullij iocus** **A**t qd̄ illud apud **G**ræcos de duplici. **D. D.** in oraculi forte inuento: quo uolebāt aliqui scriptum interpretari: **D**ominaberis **D**ionysi. **A**t ioco dictum: delyras **D**ionysi: omnē in **D**ionysij uim ac mentē sententiā pendentē reuocauit.
- Terentius** **P**ræter eo **T**erentianū illud inurbanum. **T**ute lepus es: & pulpamentū quæris. **A**d me uenio: q; cū nup̄ in corona uirorū essem clarorū: allectus sum ad iocandū a nescio quo: quē & si ut **V**irgili⁹ ait: fama obscura recōdit. **E**st tñ ea & auct̄oritate apud multos principes & gratia: ut nō sint ei⁹ respōsa: quæq; in eū rñdent: negligenda. **I**s em̄ in nostros sacerdotes inuect⁹: dicebat eos edaces: uoracesq; ebriosos: libidinosos: & hm̄oi cōfectos uitij. **E**go respōdi: qd̄ in **P**etrū **A**p̄lm̄ dictū p̄hibent: **L**oq̄la tua te manifestū facit. **R**ogāte illo: qd̄ dixissem: **I**dē alijs cōplexus sum uerbis dicens: **Q**ui de terra est: de terra loquit̄. **P**ercūctante rursus illo satis litterarū ignaro: quid dicerē: mutatis itez uerbis eandēq; secutus sententiā subdidi **V**irgilianum illud: **N**a uita de uentis. **E**t rursus eo molestius instāte quid dicerē: in illud **S**atyr̄icū incidi: **T**ractant fabrilia fabri. **C**um autē omnino uellet uulgi more latinus ac communius ab me exprimi: quid demum uellem: sic ego. **C**ōstituit **G**amarus
- Græcorum**
D. D.
- Vir. v. æne.**
- Euangelista**
Christus
- Virgilius**
- Horatius**

cum uulpe de cursu certare: dicēs ad currendū se paratū. **Fabula de**
 simū cum olympionicis posse cōtendere. **Vulpes** irride- **Gāmaro &**
 bat primo gammarum bestiolam admirata: mox instan- **Vulpe**
 tem audiuit. **Sed** cū iam cursus decreuissent spaciū a quo-
 dam riuo in quo erat gammarus educatus: ad aliū usq;
 riuum: in quo fines erāt prati: per quod currere cōstitue-
 rant: subdidit gāmarus ipse: currere cum uulpe nō uelle
 nisi eā sibi tanto præponeret interuallo: quātū eius uniuersū
 cōplecteret corpus. **Nolēte** uulpe quæ satis esse dice-
 bat cōtentione: uel sine hoc pluri. **Gāmarus** instabat hoc
 uelle: ut maiorem assequeret uictoriā. **Tandē** eius impor-
 tunitate cōmota uulpes cōditionem accepit. **Spaciū** de-
 signatū est: & extēdentis caudā uulpis totūq; ad bene cō-
 modiusq; currendū corpus: pilū accepit caudæ gāmarus
 ex quo penderet: qđ illa præ pilorū multitudine nō præ-
 sensit. **Mox** dato signo: a carcerib⁹ ad calcem (ut aiūt) uul-
 pes gammarū leuissimū ptulit caudæ pendentē: cūq; se cō-
 uolueret ut eum quē existimabat adhuc esse in prima li-
 nea: irrideret: is sese pstrauit: & ic̄tu caudæ uulpinæ in pxi-
 mū finitimūq; reiectus est riuum. **Clamāte** autem illa: ubi
 nam es o bælua: respondit is: ubi tu o fera? **Cōuoluens** ad
 illum se uulpes: illis est usa **Psalmistæ**: **Hoc** est mirabile in **Psalmista**
 oculis nostris. **Potes** & tu fortasse bñ ac leuiter currere:
 sed cursoris certe faciē nō refers. **Hac** fabula irrisus est ille
 mihi: qui uellet alios quasi uir grauissimus accusare: cū ni-
 hil haberet in se nō leuissimū. **Titubare** cœpit ipse. **Alios**
 cœpit risus non mediocris. **Rem** habes. **Vale.** **Ex** Medio-
 lano. iij. calendas Ianuarias.

¶ Synonyma iocosa de se.

Ego mihi iocando non indulgeo.
 Nihil prætereo quod ioci sit.
 Cum desunt aliq; sum in meipsum iocosus.
 Habeo quid iocer uel in memet.
 Cunctos iocis adeo.
 Neminem sine iocis prætereo.

TITVLVS XVI

Tam mihi sunt facetiæ multæ: ut eas nō possim obliuisci.
Nullius rei facilius q̄ cauillandi meminī.
Non prætermitto cauillandi rationem.
Mordeo multos iocis.
In pleroseq; iocando ueritatē exprimo.
Magna mihi est de facetijs cura.
Adbibeo præter cæteram maximā facetijs diligentia.
Et si res graues nunq̄ obliuiscor: iocosas tamē nō reijcio.
Græcos imitor: q̄ i cauill' maximā uim eloq̄ntiæ statuerūt.
Habent ioci nescio quid mordacitatis urbanæ.
Facetos ego uiros plurimi faciundos duco.
Cūpio in omnibus iocis uti non indecoris.
Video plurimū p̄desse facetias si nihil habēt scurrile.
Iocosos homines maximi facio.
Supra facetos uideo nullos hodie in precio.
Cauillorū audio legem antiquis usurpatam.
Plurimū iocis oblectari uideo cunctos.
Ad facetias omnes intueor modestas inclinari.

¶ Titulus. xvj.

¶ Mocosa de alio familiaris.

Hieronym⁹ **C**urij
Curij
Accipisti an nōdū quidē nostri **C**urij facetias: **A**t ego tibi hominis omnē uolo laudem notam esse. **E**st ut illo utar. **H**ieronymi: non minus in cauillando q̄ in accusando pro-
nus. **V**t **C**urij est: ita nomine suo dignissim⁹: cui nihil p̄-
bari potest sceleratū. **I**s ubi nescio quem intueret bonos
omnis irridētem assidue in **C**urium iam risum apparasse:
hunc uocauit in hominū coronā: conuentūq; non paruū:
atq; ait: **S**cis ne bone uir: cur canes latent: illo respondē-
te: quoniā fament: subdidit: male sentis: at quoniā eorum
boc fert & usus & natura. **V**erū intelligis: quare infantes
a laruis defleant uisis: dicente illo: quia lac non habēt qd̄
emunget: addidit: nec id quidem bene: sed metuūt a be-
stis sibi formidolosis. **A**t tenes: cur leone uiso asinus rudi-
at: illo referente: quia metuūt: nec id quidem bene: sed
quoniam paratū uidet regem: a quo possit uorari: natura

TITVLVS XVI

id facit non metus. **Q**uid annuerent hæc problemata: postulanti respondit: posse in eum conferri singula: qui consuetudine naturaq; canis semper latrat: nec quid in quæq; loquat: cōsideret: eum uero nō audere quicq; apud lartatum loqui: cū uideret bestia hūc esse: qui lartatum se hominem diceret: quasi simiam: irrisorem cœlitum: ipsi uero posthac se suiq; similibus uisis: quasi asino apud leones rudiendum assidue: nec prohibendū ei quidē sua sententia loquacitatis: fatuitatis scurrilitatisq; precium. **R**isere **C**urij grauissima & cōmodissima cuncti. **V**ale. **E**x **M**ediolano pridie calendas Ianuarias.

Locosa de alio familiarissima.

Petrum nostrū scis esse inuersum: nolui conuersum dicere: ut cauillo uti liceat litterarū mutatiōe. **F**actus est enim noster monachus: uouit: ut ait: se nunq; peccare in seipsū: ea ut opinor mente: qd̄ suam cupiditatē fraudabit nunq;. **A**nimi serōnem habiturū cōstituit: hoc est quātū animus reddat uoluptatib;. **B**on^o ē totus: nā cognomēto dicitur bonus. **Q**uis eo melior: q se non negligit: **T**e ipsum audi: ad **C**urionē scripsit **T**ullius. **I**d obseruat hic noster: præter se neminē audit. **P**er infamiā (inquit **A**pplūs) & bonā famā: id istud curat: sibi parat infamiā: suis reliquis uiris optimis bonā famā. **T**otus (ut uno cōcludā uerbo) iocus est: q ne dum alios (ut in se iocent) cōmoueat: ueruetiā in seipsum ipse iocari nō desinat. **V**ale. **E**x **M**l^o. calēdas Ianuarij.

Tullius
Apostolus

Locosa de alio grauis.

Ois humanæ uitæ ratio: quæ p uirtutis cōsuetudine sit inuenta (ut inquit **L**actantius) nō nisi cum uirtute cōiuncta censenda est. **C**auillis autem & facetijs qui uti sciunt: plurimumq; (ut **P**lini^o de **M**artiali ait) habet salium: quasi cōdimento suauissimog; ad panem obsonio munitus accedit. **C**um em̄ inueniant qui mordere alios suis ineptijs apparatusi neminē metunt: sed & inurbani sunt in cauillādo & scurriles: ut mimi solent in scænis: aut ad mensas parasiti. **L**ocosi uiri docti sunt: a quibus illi cogantur respiscere

Lactantius
Plinius

Polybius aut non assidue furere: ut ait **Polybius**. **Mutius** igitur hic noster: quē appellamus aliquando mutū: non est tibi nūc appellandus mutus: neq; rursus loquax: sed eloquēs & iocosus. **Nam** cū esset in corona curiā: a qua neq; milites abessent: nec sacerdotes: nec principes: inuasit eū stultus ille nebulosq; **Pasinus**: quē palatinū scurrā: ut **Iuuenalis** **Pantomimū** uocat: merito sum^o uocaturi: petijtq; quid nā esset: cur rideret nō nunq;: sæpenumero uero flet. **In** pte respōdit: **Democritū** imitor & **Diogenē**: q̄ eius cemedi fuissent. **Quare** petijt ille: nō in uniuerso at in pte imitaris: **Quia** illi subdidit: aut boim ineptias omniū ridebant: aut inanis opationes: uoluptatesq; quib⁹ mergunt: lachrymabāt. **At** mihi nō omniū ridendoꝝ dolendorūue labor adhibet: sed illius dūtaxat cōuentus in quo uersaris. **Risum** em̄ ab ijs non cōtineo qui tuis oblectent inulsiſſimis salibus: ab ijs gemitus mihi ministratur quicq; in te conferūt adiuuētī. **Quem** me dixit ille: credis esse? **Non** credo respōdit: at scio certo te canis simillimū qui aliquibus adulat ut edat. **Es** enim edacissimus colax: in aliquos latrat: qui eum uerberibus ab se pellunt: ut tu in eos soles mordendos esse diligentissimus qui te quidē indignū apellant: in quē uel munera perdant uel cœnæ. **Esto** canis sim ait. **Quid** deinde? **Simia** dixit. **Quare** me simiā: **Quia** cū neq; hūanitatis habeas quicq;: nec officij: nec loquare: nec audias: qualē **Albertus** eam esse descripsit: faciē tamē hominis præ te fers: dentesq;: at nut⁹ bestiola: & ut **Iuuenalis** ait: **Es** fraterculus ille gigantū. **Hisce** iocosissimis: sed uerissimis quidē uerbis obmutuit ille: tam diuq; siluit q̄ diu risimus oēs. **Mox** ad astantes cōuersus: minime pudebit me inquit cœnare p̄pterea. **Vide** qualis est uterq;. **Bene** uale: **Ex** **Mediolano**. iij. **Nonas** Ianuarias.

Synonyma locosa de alio.

Est hic uir iocosissimus.
Dicit hic omnia facetosissime.
Nihil hic loquitur iniucunde.

Iuuenalis de
diogenis &
Democriti
 risu.

Albertus
Iuuenalis in
crispino

Et in
 Ex
 Nallu
 Abun
 Vili
 Qu
 Ap
 Euc
 ier
 N
 Qu
 Ab
 Eam
 cal
 Tan
 Qui
 Om

M
 ind
 Acc
 d
 d
 se
 male
 Ap
 b
 f
 p
 nos
 non
 g

TITVLVS XVII

Est in hoc homine plurimum salium.

Ex huius uerbis assidue ioci pullulant.

Nullum est huius sine cauillo uerbum.

Abundat hic in omnibus uerbis iocandi cōdimento.

Vt hic est facetosissimus: sic & urbanissimus.

Quo pacto nihil imoderate hic pfert: sic iocis ad rem utiē
& personas cōmodissime.

Ex hoc homine loquente inter amicos: plus hauris salium
q̄ ex alio ineptiarum.

Nunq̄ hic facetus esse solet inurbanus.

Quid est quod hic sine summa ratione cauillet?

Qui hunc mordet insipide: ab hoc mordet sapidissime.

Ad huius uirtutes reliquas accedit quod est unice facetus.

Eam hic habet in iocando gratiam: ut nullius accusatione
castigari debeat.

Tanta est huic in cauillis modestia ut nihilo excedat.

Quis hunc dicat mordacem?

Omnibus bonis huius facetiæ placent.

¶ Titulus. xvij.

¶ Seria de se familiaris.

Nisi laudē ueteri accepissem Romanoq̄ uerbo: in pprio
sordescere ore: seriū nescio qd atq̄ graue de me scriberē.

Accessit huc noster cōmilito: qui regentis hic titulo con-
ductus ad docendū esset. Arbitrat⁹ est se Pythagorā phi-
losophādo censerī. Scotū ipsum sapientiæ nodis enucleā,
dis. Sapenumero in illud puenit Ciceronis: ut & superbū
se declararet: qui nihil respōderet: & cōtumeliosum: qui
male respōderet: uelle plus sapere q̄ oporteret: aduersus
Aplī præcepta. Vbi plurimū hæsitatū est utrinq̄: & apud
hūc qualē sese in nos patefaceret: & apud nos qualē exi-
stimaremus: tandē cœpit se iactare: neminēq̄ sibi philoso-
phū aut theologū dicere parē in uniuerso terrarū orbe:
nos uero iudicamus hūc malos educasse clientes a quib⁹
non laudatus se ipsum iactaret. Interea & in me fremebat
q̄ ei nō deferrē quātū uellet. Ego tū palā eū honorabā: tū

Pythagoras

Scotus

Cicero

Apostolus

TITVLVS XVII

privatim: ut sese ipse uinceret: frustrareturq; spe sua. Cui
p̄isset em̄ ab me cōtemni ut dissidij cām iueniret. Tandē
sese leuissimū apuit: hinc abiit: assidue sibi arrogās multa:
me paratū inuenit taciturnū: supbus humilē: loquax elin/
guē: ebriosus modestū: gulosus cōtinentem. In ieiunijs: in
uigilijs: in canonicis horis ē cognit⁹: q̄lis esset. Hęc graui/
tas mea. Bene uale. Ex Mediolano. iij. Nonas Ianuarias.

¶ Seria de se familiarissima.

Iam dudū egi cū Lucio litem: sed ita quidē ut nō litigasse
at potius disputasse uidear. Egi enim unā causam nec pro/
bris unq; cōtendi: nec iniuriarū ullo genere. Si qd excan/
descebat: nihil ad cōtumelias respondebā: nihil ad minas:
hoc dumtaxat: cū resipiscēs: hęc exues mentē: nūc tui nō
es cōpos: tibi nō obtemperas: perturbata loqueris ratio/
ne. Rabies eū aliquādo furorq; uidebat inuadere: lingua
nutu: oculis: gestuq; totius corpis loquebat. Eo erā in pe/
tulantē minus exasperatus. Risu cogitabā hunc opprimi
Cū pacatiore cerebro quiescebas: tūc argumētis a me uin/
cebat. Vale. Ex Mediolano pridie Nonas Ianuarij.

¶ Seria de se Grauis.

Nibil arbitror ī uita dignius: q̄ in serijs assidue grauibuscq;
uersari causis: quæ (Salustio teste) ut homines p se laudāt:
ita semp ad uirtutē inclinant. Quis enim in re leui uersat⁹
assidue (ut Basilius inquit) potest esse haberiq; non leuis?
Nā qui de terra est (ut Christianū est illud) de terra loqui/
tur: tritoq; apud Hesiodū græcorū dicit uerbo: auē garri/
tu nosci. Grauitatem iccirco ueteres in Catone laudāt: le/
uitatēq; in plærisq; sermonis uitupant. Mibi nup id contu/
git: qd̄ neq; sperabā: nec expectabā ut quidā me hypocri/
ta nō temptauerit solū sermone immodesto: sed coegerit
q̄ sit serius sermo meus: aperire. Cum prædicaret enim: &
ad eum conuenirent plæriq; uiri boni & simplices: & for/
tasse famæ cupidi: ego uero minime: publica me cœpit in/
sectari prædicatione: illa solita hypocritarum seruata clau/
sula: se mei misereri: quē uideret hostē esse uerborum dei

Salustius

Basilius

Christus

Hesiod⁹

Cato

TITVLVS XVII

qui nunq̄ ad audiēda præcepta **S**aluatoris accederē. **A**d
 huius eo die auditoriū accedens: priusq̄ e pulpito descen/
 disse: hæc sum p̄cunctatus: ut diui **T**homæ remedio usus **Thomas**
 publicū hunc accusatorē: publice docerem accusandum.
Quæro bone vir dixi: **N**ū deus ipse sis: **E**o se deū negāte:
 subdidi: **Q**uæ nā igit̄ lex docet: qui ad te nō audiendū ac/
 cedit hæreticū esse: **Q**uoniam ait: **E**go hic sum qui loco do/
 mini loquor. **V**bi mandatū dixit: **Q**uis te p̄curatorē insti/
 tuit: **E**go ne tibi credam: quē cōtra sunt omnia dicta: **T**e/
 mulento sobrietas: **I**gnauo sollertia. **F**urenti prudētia: Im/
 perito doctrina est contraria. **Q**uis te in his uirtutib⁹ cre/
 dat recte loqui qd̄ nescias: **V**enitq̄ i mentē **I**uuenalis car. **Iuuenalis in**
Loripedē rectus derideat: æthiopē albus. **E**t rursus. **2. satyra**
Quis ferat **G**racchos de seditione querentes: **D**ebet ut
Chrysofostomus docet a nemine posse incusari: qui accusat **Chrysofosto-**
alios. At ille obmutuit: nec quidē ausus est ad ea respōde/**mus**
re: quæ addidi ad eius uitia. Seria fuere omnia hæc a do/
 ctissimis iudicata. **B**ene uale. **E**x **M**llo **N**onis Ianuarij.

¶ Synonyma seria de se.

Nihil est mihi seria oratione charius.

Gratias sermo cunctos decorat.

Qui sapit sermonis dignitatem: in sententiarum crebrita/
 te sitam iudicet.

Orationis laus omnis in serijs esse debet cōposita.

Si uis loquens omnibus esse iucundus: grauis esto.

Nemo se cuiq̄ grauitate uerborū ingratū existimet.

Abborret ab oib⁹ oīo nō grauis: at seria cūctos delectat.

Quis est tam alienus ab omni doctrinæ genere: cui graui/
 tas pondusq̄ uerborū non placeat.

Nemo tā rudis est quē nō delectet plurimū oratio seria.

Iocosa nutriunt aures: at graua mentes.

Animis hominū sermo serius esca quædā est: omne uiua/
 cillimū afferens nutrimentū.

Oratione graui maximopere lætor.

Tam est mihi uoluptuosa oratio seria: q̄z quod maxime.

TITVLVS XVIII

Cum in uerba peruenio grauitatem præ se ferentia: nihil inde me facile detrahit.

Sum rebus uerbisq; serijs deditissimus.

Seria quæq; in epistolis me sibi ascripticiū asciscunt.

¶ Titulus. xviij.

¶ Seria de alio familiaris.

Perſius

Mercurius
ægyptiacus

Coloſſus
rhodius

Terentius

Quam sit noster **Curius** grauis in omni re sua: uel eius sermo manifesto docet. Est em̄ totus serius. Disceptauit nūc de diuinis publice in clarissima theologorū corona. Quis possit (uel si centū habeat **Homeri**: quas **Perſius** replicat linguas) describere q̄ omnia dixit serie. Credidit aduersarius hūc cauillis mordere: nunc **Mercuriū** ægyptiacū uocans: nūc **Coloſſum** rhoditū: nunc circulū ad tabernam. Hic tulit iniurias: uerbis responsa reddidit q̄ grauiſſima: eo illi turpius esse qd̄ loquacior ab elinguibus superaret. Tandē in id deuentū est: ut interminatus fuerit aduersarius. At **Curius** q̄ grauiſſime dixerit: nō iniuria cōstituisse iuſciuite: opus esse factō ubi uerba nō sufficerēt. Propter ea sibi cedendum duello: nō cōtentioni. Dic ille inquit: si nō cedis: Immo nihil hic ait: cedendo taceo: ne te cogam: ut **Terentius** uoluit: **Ex** stulto insanū reddi. Cognouerūt **Curij** grauitatem omnes: illiusq; leuitatem. **Bene uale. Ex** Mediolano. viij. Idus Ianuarij.

¶ Seria de alio familiarissima.

Voluiſſem: affuiſſes cum hic noster **Curius** compulſit nos suā grauitatē supra modū admirari aduersus petulātiā **Marcantonij**: cuius contumelijs afficiebat assidue sua in lite: fuit ea uerborū seriorum modestia ut nil grauius dici queat. Ille maledicebat: hoc semp̄ benedicente. Ille hunc stultum uocabat: hic eum sapientē. Sic tandē: **Si** tua istæc sermo cinatio sapientis est: mea stulti: quæ contraria tuæ. **Vale. Ex** Mediolano. viij. Idus Ianuarij.

¶ Seria de alio grauis.

Curius noster uir grauiſſim⁹: & si nunq̄ aut fecit quicq̄ nō permodeste: aut cogitauit nō prudentissime: aut locutus

TITVLVS XVIII

est non serio quibus uirtutum generibus reliquos huius
 atatis superauit omnis: nūc tamē ea & cogitauit: & dixit:
 & fecit: quibus seipsum superauit: ut illo utar **I**soocratis. **N**ā **I**soocrates
 cū in hac urbe delectus fuerit prouinciæ monachorū no-
 strorū præses: aduocauit primū in consilium ex omni or-
 dine ministros atq; custodes: habuitq; orationē & copio-
 sam & elucubratā diligēter de ijs omnibus quæ deceat il-
 los obseruare qui uitā religiosam delegerūt. **H**ac autem
 paucis complexus est: quibus ordo noster teneat uotis:
 tantaq; tū castitatis: tū uolūtariæ paupertatis ac obediētiae
 laudes protulit: ut incredibile dictu sit. **N**am & ab **A**risto- **C**hrist^o tem-
 tele declarauit has esse institutas leges uitiorū fugādoꝝ: **p**tat^o a dia-
 qui uirtutem distinxit in cōtinentiam uirtutē & heroicā: **b**olo
 & christiano exemplo id apertum est: cum non permisit
 se **S**aluator temptatus a spiritu in incontinentiam delabi
 per panis oblationem in summa fame: nec in superbiam p-
 hortationē ut se deiciens ex pinnaculo speraret ab ange-
 lis in manibus suscipi: nec in auariciā per regnorum om-
 niū promissionē si cadens adorasset eum. **A**ddidit & illud **I**ohannis: **Q**uicquid esset in hoc orbe: aut in castitatē esse **I**ohannes in
 carnis: aut uitæ superbiam: aut oculorum incontinentiam. **s**ua canoni-
Proptereaq; religiosum aduersus ea mūdi pericula debe- **ca.**
 re sese ascribere castitati: obediētiae: paupertati. **M**ox in
 hac explicāda descendit: execratus libidinem supra mo-
 dum: quæ cæcū sequeret ducē: cū qua esset omnis imun-
 ditia: omnis turpitude. **S**uperbiā uero illam fuisse docēs: **S**uperbia
 quæ coegit primos spiritus in abyssum cadere. **A**uariciā **A**uaricia
 pari modo illinc originē duxisse a qua fiunt homines im-
 manes in pecunia optanda: quā ut inquit **C**icero: nemo **C**icero
 sapiēs cōcupiuit: & **S**ophocles dicit: **A**uri cupiditatē ab- **S**ophocles
 iectione mentiū gigni. **D**einceps ubi cōsulto cū patribus
 multa cōmentatus est ad religionem pertinētia: cunctos
 adiuuit cōuentus: alios puniuit peccantes: alios castigauit
 errantes: alios ad uirtutes (ppositis etiam præmijs) inuita-
 uit: ea uerboꝝ grauitate ut admirati sint oēs: maluerintq;

TITVLVS XIX

huic obtemperare: uel acriter uerberanti: q̄ alteri uel hu-
manius mitiusq; cogenti. **V**ide quātū inter hominē hunc
huiusq; cūcta seria: & alios aliqñ acerbiores (sed leuiores)
interfit. **Bñ uale. Ex Mediolano. vj. Idus Ianuarij.**

Synonyma **S**eria de alio.

Certe hic uir est grauissimus.

Hoc uno quis magis serijs delectat̄?

Est in hoc tanta grauitas ut nihil nō loquat̄ serio.

Tanta est in **C**urio uerborum ac sententiarū copia: ut ad-
mirabile sit.

Verborum ac factorum hic pondere ac mensura cunctos
superat.

Nihil ab hoc profert̄ insipide: nihil immodeste.

A nulla grauitate abhorret hic noster.

Est huic oīm i serijs & cogitādis & dicēdis haud inferior.

Vt cogitat hic omnia mature: sic facit consulto.

Temeritas & insolentia dicendi agendiq; **C**urio est pro-
tinus inimica.

Prudētissime **C**urius cūcta rimat̄: & cōsultissime pficit.

A **C**urio tam abest leuitas q̄ ab insanis grauitas.

Cum **C**urio nulli stulto quicq; est cōmercij.

Tanta est huic cū sapientia familiaritas: ut ab ea nullis ui-
tæ suæ partibus possit disungi.

Curius cum est in agendo prudentissimus: tum in dicen-
do grauissimus.

Vtinā oēs qui serijs delectant̄: **C**urij similes fierent.

Si res publicæ **C**urij similibus manderent̄ gubernandæ:
foelicissime semper essent.

Titulus. xix.

Imperatoria familiaris.

Et si nō dubito: uos milites huic ædicto continuo fore ob-
tēperaturos: nec multis arbitror opus esse ad eos adhor-
tandos: qui fuere semp̄ mibi obsequentiissimi: ut adijciam
Euripides tamē calcar equo sponte currenti (ut **Euripides** dicit) uo-
bis impero: ut ad diem cōstitutam in castris cum impedi-

TITVLVS XIX

mentis iam sitis. **Dies** aut̄ erit. xij. calendas **Aprilis**. **Martis** enim fauore fr̄ati: qđ ueteres factitarunt: bonis procedemus auspicijs. **De** uictoria nobis ac hostilium fortunarum pr̄da nobis est nihil dubitadum: cū infirmi sint illi: nobis autem nihil ex his desit: quæ inquit: **Cæsar** ad oppugnandos hostes necessaria. **Nā** & militū numero ac præstantia illis antecellim⁹: & gloriæ cupiditate quæ in omni adeundo discrimine plurimū ualet. **Facit** em̄ ultra cætera quæq; militum præmia hæc nobis proposita immortalitatis merces: nos ad omne facinus magnū & memorabile p̄nos. **Venite** igit̄ iussu imperatorio: nec nisi uelitis meā indignationē in uos experiri: ullo pacto desistatis. **Valete**
Ex Mediolano. v. Idus Ianuarij.

Imperatoria familiarissima.

Non ignoratis ubi castramentari constituerim: & ad quæ nos oporteat accinctos esse. xij. calendas **Aprilis** dies est designata: qua prodeatis in castra. **Quā** uos deceat obt̄erare imperio: non nescitis. **Ad** hæc & paratissimos uos esse duco: & unice promptos. **Itaq;** nihil opus est plurib⁹ hic certare. **Fierem** in dicēdo longior: si credere uos esse ad obediendum difficiles. **At** ut seruet̄ militaris ordo: uobis impero: ne quid excipiatis causæ cur non ueniatis ad designatā diem. **Itaq;** uobis gratiam meā ad ueniendū dico. **Valete**. **Ex** Mediolano. iij. Idus Ianuarij.

Imperatoria Grauis.

Multæ sunt in impatore causæ: quas nequeūt ij cognoscere quos obtemperare decet: nec oīa sciscitari. **Nam** ut ait **Alcibiades**: quæ uidet impator: ipse tenet. **Xenophon** autem ille philosophus & impator: alia esse dixit in impatoribus: alia in militia. **Q̄obrem** & **Agésilauis** fœlices ait esse milites: quibus imperator ediceret agēda: cōsilia uero nō nisi detegeret in tpe. **Scio** qđ mihi cū hoc hoste designato sit agendū: & q̄ facile possim hūc supare. **Nā** quæ quatuor debeāt in impatore inueniri: q̄ egregie possideā: nō ignoratis. **Nec** me iactō: sed uos mea laude in hāc & alias

Alcibiades
Xenophon
Agésilauis

TITVLVS XIX

Tullius expeditiones animãdos esse reor: cum non abesse ab me rei militaris scientiam uideatis: nec uirtutem in præliãdo: nec auctõritatem in rebus gerendis: nec fœlicitatem in p/sequendis: quibus perfectum imperatorem **Tullius** extulit. **Contra** uero bis fere omnibus carere nostros hostes: uos non latet. **Habent** nescio quid plus diuitiarũ. **At** nos animos eo maiores: corpora eo fortiora. **Sunt** locis munitissimis. **Omnia** uincit dies: **Obsidebim⁹** si ij fortes habent muros. **Quid** non domat obsessio: ut inquit **Cornelius Plinius** Obsidioni succumbunt omnia: ut **Plinius** est arbitratus. **Venite** uos modo ad diem cõstitutam: nec si a me acerrime non uultis multari: quicquid inueniatis causæ: quo minus ueniatis. **Laborabimus** fortasse non nihil. **At** ut illud est **Agasilai**: **Laboris** difficultatem spes uictoriæ consolabit atq; recreabit: ex qua procedet & merces & gloria. **Vos** me tenetis. **Venite** continuo. **Ex** Mediolano. iij. Idus Ianuarij.

Synonyma imperatoria.

Impero ut continuo buc eatis.
Ite in castra imperio meo.
Ne desitis imperatoris uerbis.
Audite hac in re me imperantem.
Hæc est res quam uobis imperator edico.
Præfigo uobis imperatoris gratiam.
Imperatorio uobis hoc præcipio iure.
Facite ut nõ deficiatis imperijs meis.
Si nõ exequimini quæ imperaui: poenitebit uos errati.
Vbi non parueritis imperio meo: subibitis poenam.
Præstate uos in obediendo difficiles: si uultis imperatorẽ iratum experiri.
Quando nihil ex imperatoris præceptis omiseritis: cõducet uobis sumopere.
Deerit uobis apud me nihil: si nihil ex imperijs meis neglexeritis.
Si cupitis a me cõseq plurima: difficiles uos nusq; imperijs

meis exhibete

Estote in ijs quæ uobis impero paratissimi.

Ex præceptis meis despiciate (si lapis) nullū.

Adbibete diligentia oēm in psequēdis: quæ impero.

Sola obedientia uos in oēm euentū imperatori q̄ cōmen/
datissimos faciet.

Titulus uicesimus.

Minatoria turpis familiaris.

Cum nō soleāt rōne feræ coerceri: sed minis: ut **Alchmæō** **Alchmæon**
inquit poeta: q̄ ferina sunt natura: eodē uidentur esse cobi
bendi castigationis genere. **Q**uis ab humanitate distract⁹
Obæluarum nō leo solus: sed elephas: cum ignores ipse:
cæteri nō ignorant: ausus es **O** temerarie in me debaccha
ri: nihil ex ijs omisiſti quæ ad meū dedecus attinerēt. **S**cis
esse me ijs & diuitijs & cliētels: ut nihil effugere discrimi/
nis ualeas: qđ te subire cōstituā. **C**auē igit̄ quātū potes: &
tibi cōmilitones istos tuos **l**enones: ac reliquū nebulonū
genus tuo adiūge lateri. **T**uebit̄ te nullus ordo: ne tandē
in meos concidas laqueos. **C**urabo te asinū bipedē ad ne
cē usq; deuerberari. **P**orcū aut̄ in cryptis assidue cœnosis/
simū: in cloacis abdine in lucē hoīm pdeas ppetuū: & pa
triæ dedecus & parentū. lamdudū tumuisti uētre isto ab/
domine suffarcinato: nec minus temulentissimis uerbis: q̄
ebriofissimo sensu in oīm scelus prolapsus: neq; hoies me
tuisſti: nec deū es uerit⁹. **O**mne facin⁹ licere tibi attēptare
duxisti: quia nemo te furentē correxit: nemo te impuden
tē castigauit. **P**osthac aut obibis: aut fies mea castigatione
minus petulans: minus insolens: minus bestia. **Q**uid quod
te audes mecum uelle conferre? **Q**uid qđ neq; te metiris
nec tua q̄ uilis es officio: q̄ turpis fama: q̄ in omniū oculis
ignobilis atq; degener: **H**uic audaciæ opus est me corre
ctore: ut pro illo **H**ieronym⁹: **Q**ui loqui nescis: discas alī
quando conticescere: cum tibi sit lingua in frustra cæden/
da: uita uero & spurca & intolerabilis. **E**x **M**ediolano pri/
die Idus Ianuarij.

Minatoria turpis familiarissima.

Fac ut intelligas bestia: q̄ dispare certemus uoto. **T**u nullius estimationis: ego aliquis in eorū numero q̄ habent in precio. **T**u uir neq̄ qui rem semp̄ agis perperā: ego sine consilio nihil. **H**abebis meo iussu mercedē & dictorū meorum simul & factorū. **N**am dignus es mercennarius tuo precio: qui nihil dicas uerū: nihil nō iniquū. **D**ebaccharis in bonos omnis: idq̄ tibi euenit usu: qđ **S**imijs: quæ quo magis in altū prouebunt: eo pudibūda magis detegūt. **D**icis ostensuz te mediū: ut **I**uuenalis ait: mihi reliquisq̄ digitū: q̄ tibi comminant. **P**otes id & soles efficere. **Q**uid si & nates detectas ostēdes? **A**t feres meritū ob stulticiā. **Q**uod si te non piget errati: pœnitebit acceptæ pœnæ tibi debita. **E**x **M**ediolano. **I**dibus **I**anuarij.

Simia

Iuuenalis

Minatoria turpis grauis.

Clarorū hominū minæ turpes esse non possunt: cum a celebri uiro: ut **C**leobolus **L**yndius inquit: nihil uel dici uel fieri turpe quæat: non possum non tamē obscenitate uerborū uti in te inuadendo. **Q**uid autem est aliud interminari: ut placuit **M**aroni: q̄ uerbis inuadere? **T**u nihil uel omisisti: uel prætermisisti: quod ad meā turpitudinem attingeret: quis ea quoq̄ turpitude dici nō ualeat: quæ bonū uirum quicq̄ falso disseminat: ut **A**ugustin⁹ docuit dicēs: **D**e bono turpe quicq̄ fictum non durat. **N**ec turpe qđem est: quod non nisi turpibus fidem facit: nisi omne quod a turpibus prodierit: turpe uocet. **S**ed nisi resipiscis: ex capro asinus fies. **C**aper est em̄ hyrcus sine testib⁹: cuius cōiunx est multorū usuraria. **A**t alini solēt syluis onulsi sæpe domū duci. **V**ehere tu qđem hac sarcina militari prædit⁹: in quā me uidisti cloacam: in quem tam impudice locutus sis? **N**um ne tibi uideor dignus: in quē insanias? **A**t ego tibi pharmacū curatoriuū sanitatis procurabo: aut illam cædi tibi studeo uenam: de qua **I**uuenalis: **O** medici mediā peritundite uenam: **E**t de qua **P**ersius: **N**ec enim mihi cornea fibra est. **C**auē tibi neq̄ bestia: ut satyrico utar uerbo. **D**i

Cleobolus

Maro

Augustinus

Iuuenalis

Persius

cent aliqui: non esse te murē leonis ira dignū: aut cyricem
 aquilæ furore puniendū. **A**t ego nullū excipio plectendū
 q̄ me lædat. **N**unq̄ enim castigarent insani: si uiuerent ho/
 die qui **P**ericlis atq; **S**ocratis patientiam aduersus maledi
 cos maleficosq; laudabant. **I**rrident nunc q̄ non ulciscunt
 iniurias: iniustiq; ducuntur qui eo tolerantiaē genere alios
 ad idem inuitant criminis. **E**go te cogā in **S**yllæ pedicula
 rem incidere morbū: & in insomnia ei⁹ in insomnietatēq;
Marij: de q̄ errāt q̄ censent luuenalē sensisse cū ingt: **E**xul
 ab octaua **M**ari⁹ bibit. **E**go tibi uitā esse tedio studebo: ut
 miserrim⁹ oīm tibi ipsi sis odio: nec a tuis qdē adiuuari ua/
 leas. **E**x **M**ediolano. xix. kl. **F**ebruarias.

Pericles
Socrates

Sylla
Marius
 luuenalis

Synonyma minatoria turpia.

Diminuet tibi lingua nostra opera.

Curabo ut nequeas esse loquax.

Afficiam iniuria te nō dissimili.

Ab me nō inferiorē accipias pœnā: q̄ feceris iniuriā.

Custodi diligētē tibi testes: ne castoris fias similis.

A mea uigilātia tibi sūmopere cauendū est. (feras.

Nihil debes studiosius aduertere: q̄ ne pœnā stulticiaē

Aequissimus censebor: cum te pro tua in me malignitate
 plectam.

In te unum oīm odio insectandū ero sollertissimus ac uni/
 ce intentus.

Omni opera tuum interitum: aut summam aliquam turpi
 tudinem examinabo.

Ero in te puniedū curiosissimus.

Nunq̄ in te sūma quadā iniuria cōficiendū cōquiescā.

Adhibebo in tuā pnciē oēm p ingenio diligentia.

Nulla me cognosces in re die noā uq; acutiore: q̄ in exitio
 tuo sūma quærēdo cura.

Tunc me tuis defutuq; incōmodis insectatorem crede: cū
 ignis coire cū unda sciet.

Cupio ut intelligas dū uitā: deesse mihi acrimoniaē uiresq;
 in te odio psequendū nō posse.

Fac ut immemor tui sim prius q̄ tuas obliuiscar iniurias: & te non plectam.

¶ Titulus uicesimus primus.

¶ Laudatoria familiaris.

Terentius Curius noster om̄i laude cumulatus illud famæ genus cōsequi potest: de quo **Terentius** inquit: Homo per paucorum hominū: imo nullorum: dignissimus est **Curij** nomine. Is enim de quo tantam omnis historia mentionē facit: **Plutarchus** **Plutarchi** testimonio uir fuit: ut frugalissimus (& ea quidē **Cicero** frugalitate: quam **Cicero** uult omnē complecti uirtutem) sic æquissimus fuit: si eius responsa & **Sannitibus** & alijs facta diligentius considerent. Quid si a diligenti per omnium rerū sibi agendarū curam **Curius** cœpit appellari? Tu uero tali tantoq; patre natus ne degeneres: cura non in hoc minus sis: q̄ in omni probitate: innocentia: prudentia fuerit ille **Curius**. Video ingenij tui acrimoniam: memoriæ præstantiā: doctrinā iam pene paternam: aliq; tum naturæ: tum industriæ munera: quibus genitorem si non superas: æquas certe. Quibus si nō respondes augenda laude quæ nuper in tuo nomine iecit fundamēta: certe delaberis: nec quo pacto resurgas inuenies. Grauis est in te commota hostium omnium expectatio: quibus sis uiribus: ut de **Tullius** **Curione** dicit **Tullius**: qua uia sis patri futurus nō dissimilis: Sed qd̄ ego ea in re dubito quicq; Generosa semina in hortis crescūt suis. Pater tibi fuit unic⁹ in Italia sciētia splendor. Tu qdem ab ineūtib⁹ annis bonis litteris deditissim⁹. Censendū est tibi deesse nihil posse: quo sis apud posteros immortalis. Quod ut cōmodi⁹ cōsequaris: me nō habes inferiorē cæteris: q̄ tuis laudib⁹ æternitatē scribēdo patrē: qd̄ assidue factur⁹ sum. Bñ uale. Ex **Mediolano**. xvij. kalēdas **Februarias**.

¶ Laudatoria familiarissima.

Non ero in dicēdo longior. Vidi quæ scripsisti singula. Sū tuum acumen admiratus. Eloquentiam uero tuarum epistolarū tantū feci ut nullius possim efficere pluris: uel ue-

TITVLVS XXI

teris uel noui. **A**dmisses tot in scribendo sentētijs: tot cū sententijs testimonia: tot cū testib⁹ argumēta: ut legendo alliciar ad existimandū ex te flumen profluere uerborū. **Q**uid autem minus scabrum: minus perplexū: minus uile: **O**mnia in tuo stilo uident^r antiquitatem redolere. **A**dde q^d es humanissim⁹: nō superbis tua laude: nō tumescis. **Q**uo tibi maior est gloria: eo tu min⁹ (ut multi solent) insolens: min⁹ elatus: min⁹ iactabūdus. **D**ij tibi fortunēt nomē quo dignissim⁹ es. **M**e habes cui q^d tantus sis & habearis: es stupori uere incredibili. **B**ene uale. **E**x **M**ediolano. xvj Kalendas **F**ebruarias.

Laudatoria gratis.

A triplicibus fortunæ corporis atq; animi bonis: uoluerē **P**eripatetici **P**eripatetici laudandos esse uiros: quos hac in pte **C**icero **C**icero secutus est: cum cæteris sit omnibus **P**latonem imitatus: **P**lato q^d duplicibus dumtaxat contentus erat: internis ac exteris: at fortunæ: nec in animo: nec extra animū diceret: sed ab utrisq; aliena. **Q**uā hæc oīa sint in hoc nostro patre: attendite p^r deū immortalē **O** fratres uiri eruditissimi ac religiosissimi: ut cognoscatis manifesto: q̄ nobis in huius diligēdi cura cōsilioq; sit gaudendū. **E**st primū (ut a leuiorib⁹ ad grauiora quæram⁹ progressum) ea generis nobilitate: quæ in Italia possit inter primas nūcupari. **N**ā si florē hui⁹ bodierna **I**taliæ debemus existimare insubriā: & agrorū ubertate: & urbiū amplitudine: & soli dexteritate: & uiorum præstantia. **I**n insubria uero **M**ediolanū ciuitas ea est **I**nsubria cui similis in toto nō inueniē orbe terrarū: uel populi multitudi- **M**ediolanū tudine: quā **S**uidas scripsit populosissimā: uel rerū ad uitā **S**uidas tam hominis dignitatēq; necessariatū: certe hic eo nobilior est: q^d **M**ondella familia cretus: & generosa ē & antiq̄ **M**ondella in ea urbe domo: parētib⁹ cretus optimis: clarissimis: Insubriūq; principib⁹ sp̄ iucūdisissimis: de qb⁹ (ne in illud incidā **S**enecæ) **A**liena iactant: q^d gen⁹ suū laudāt: hoc prosequar **S**eneca q^d apud Iuuenalē est: **C**ūcta licet ueteres exornēt undiq; **I**uuenalis cæræ atria: nobilitas sola est: atq; unica uirt⁹. **N**am & si est

generosissima stirpe satus: si natura in huius uniuersum corpus fuit liberalissima: si nutrimentū & educatio huic plurimū profuit: multo plus tamen laudand⁹ est ab animi bonis: modestia in adolescentia: diligentia bonarū artium in iuuentute: prudentia in senectute hac uiridi: ut illud est **Virgilij**: Sed cruda deo uiridisque senect⁹: cæterisque in omni ætate uirtutibus: quibus aut superauit maiores suos: aut illorum attigit laudes. **Pri⁹** cœpit laudari continentia: quæ scire posset quid foret continentia: ut de **Epaminunda** & de **Hagesilao** a **Græcis** scriptū perhibet: assidue religioni tam uacans & castitati: ut insensatior: ut dicit **Aristoteles**: nusquam uacantes uoluptati: quæ mūdior aut abstinentior soleret apud socios appellari. **Mox** in mundi contemptū sese induebat eo quo nūc panno: tum quia constitisset **Franciscaster** esse: tū quia iam elegantia hostis esset. **Pluribus** hunc argumentis omnes propinqui ab ea distrabere uitæ uia nitebant. **Hic** assidue ut sūmæ solent cautes: annosissimæque arbores: inconcussus ac illabefactus loco moueri non poterat: se sibi natū imprimis inquiens: sibi uelle satisfacere. **Si** quis illud adducebat **Academicū**: non folis nobis nos natos esse patriæ: parentibus: & eiusmodi reliquis: hanc eorū esse uitam dicebat: quæ in agendo uersant: non amiciendo: non in poliendo. **Intrinseca** hæc suo posse quemlibet ingenio debereque curare diligēter quæ ad animū felicitatēque comparandā pertinent: ut **Theophrastus** inquit: **Extrinseca** uero nullis a sapientibus pendunt: nostro ne an alieno fiant admodum. **Quid** quod neminem audiuerit: nulli auscultauerit: nemini obtempauerit ut religionē non sit ingressus: **Quid** illud ad debortantes usurpās: **Nitimur** in uetitū. **Quā** obrem iam admodū adolescens præfectus est **Thaurisco** monasterio: ut de **Scipione**: cui iuniori longe ante senatores annos demandata est respublica: & de **Alexandro Macedone**: qui tam natu minor tot res gessisse perhibet. **Eam** autem administrationem cum plerisque alijs: quibus deinceps assidue prælat⁹ est: tam exercuit perhumane ac per

Vir. vi. aene.

Epaminūdas
Hagesilatus
Aristoteles

Academia

Theophrastus

Quidius

Scipio
Alexander

benigne: ut admirati sint omnes. Non multo post apud pō
 tifices multos egit maxima: nec in patriæ suæ: nec in ami/
 corū negocijs unq̄ defatigatus est: nunq̄ laboribus cessit: **Clearchus**
 ut iam alter **Clearchus** uocari posset: qui causas & amico/
 rum & patriæ præferebat suis. Ea tñ fuit semp demissiōe
 suæ laudis: ut cū uel fiducia sui quiret: uel ut se notum red
 deret apud incognitos: nunq̄ se uoluerit uel laudare uel
 in faciem laudari: ne qs posset in hūc assentator existima/
 ri. Quinimo secū ipse si qd̄ laudabat in eo: memoria illud
 in **Apollinis** templo scriptū: qd̄ ab **Homero** usurpatū est: **Homerus**
 & **Pittaco** **Mityleneo** repetebat: Nosce teipsū: seq; nō tan **Pittacus**
 ti iudicans: arbitrabat a **Socrate** discere posse: qui se dice **Socrates**
 ret unū scire solū: quod nihil sciret: illudq; **Ciceronis** non **Cicero**
 obliuiscēbat: nec natura nouū nec scientia uetus reperit.
Tandem in hanc est profect⁹ sedem: ut non solū sua singu
 lari uirtute peperit amplitudinē: sed suis omnib⁹: hoc est
 nobis: nostræq; religioni: suæ patriæ: suis agnatis: cogna
 tis: necessarijsq; ac ppinqs reliqs laudē atq; gloriā imorta
 lem. Non em̄ in hanc præfecturam sorte cōiectus est: sed
 una omniū eorū sententia: qbus huius delectationis bonus
 imminēbat. Non hoc loci corruptelis temptata res est: ut
 sæpe: non amicorū studijs: ut assidue: non principum lit
 teris commendaticijs: ut semper: at sola uirtute: probita
 te: doctrina: sapientia hui⁹ **Lodouici**: huius theologi clarif
 simi: huius uiri animo maximi: huius suo cognomento di
 gnissimi: q est iccirco de **Mondello** dictus: quoniam mun
 dū uincens: paruus sit mūdus uirtutū quasi thesaur⁹ effe
 ctus: quem microcosmon **Bernardus** siluester appellauit.
Huius nunc regimur & gubernamur claritudine: præce
 ptis ac institutis. **Habem⁹** quem imitamur: uirū præstantif
 simū philosophū & doctrina & moribus: **Theologū** opti
 mū: patrem innocentissimū: pientissimū: religiosissimū: cu
 ius quotiens p uestigia procedem⁹: totiēns nō errabim⁹.
Qd̄ ego p me decreui uos hortor: nō recusetis: cūctis uni
 ce cōductur. **Ex Mediolano**, xvi. kl. **Februarias**.

TITVLVS XXII

Synonyma laudatoria.

Hic uir est dignus uiri nomine,
Sūma est huius uirtus.
Nullam uirtutem hic minus tenet.
Omni laudi æque hic operā adhibet.
Ut modestia iuuenis antecellebat cunctos: sic nūc prudē-
 tia præstat omnib⁹.
Hic nulli⁹ est pbitat⁹: præter ceteras particeps: sed omēs
 tenet mediocriter.
In oīa uirtutū genera **C**urius eodē habet pacto.
Tantus est **C**urius: ut diuinus possit potius q̄ human⁹ ap-
 pellari.
Virtus **C**urij ut est admirabilis: sic incredibilis.
Ad hūc diuino sunt munere: oīm delatæ uirtutes.
Qui uelit huius prosequi laudes: laboret infinitū.
Nemo uel diutius scribens calcem attigerit laudum hui⁹
 enumerandarū.
Maxima est de huius uirtutibus apud omne humanū ge-
 nus admiratio.
Facit **C**urij sanctimonia: ut in eo laudādo uiris uel eloquē-
 tissimis uerba desint.
Qui sunt in cæteris copiosissimi oratores: in laudanda hu-
 ius uirtute obmutescūt.
Amplissim⁹ est prosequēdæ tuæ uirtutis camp⁹.
Non possum nō te foelicē hac uirtute iudicare.

¶ Titulus. xxij.

¶ Vituperatoria familiaris.

Turpe uideri potest hui⁹ mali atq; perniciosi hominis ui-
Cicero tia insequi. **S**ed hoc habet prudentia: **C**iceronis definitio-
 ne: ut rerum bonarū malarūq; sit scientia. **V**eritas autem
Chaldæorū definiti astronomorū uerbis: per quam quæ
 fuerūt: sunt: aut futura sūt: immutata dicunt. **Q**uāobrem
 & prudentem oportet tam mala scire q̄ bona: ut ab ijs ca-
 ueat: hæc sequat: & qui uerū sequit: remq; ut est: sic expli-
 cat: minime peccat. **N**on inuehor: uera sequor. **E**st ille ne-

TITVLVS XXII

bulo tā mētis inops: ut nihil aiaduertat: oīa intemperate si mul & insolenter efficiat. **V**acat libidini plusq̄ possit: uio/ latq; in hoc naturā: ut crapulā admittit: huius ampliā dæ gra tia. **T**esseræ ac omī tali generi adhibet oēm operā. **A**uirtu te uero tā est alienus: q̄ a cælo refert tellus. **N**ā est: ut pau cis agā: puerilissim⁹: ebriolissim⁹: mēdacissim⁹: sceleratissim⁹. **A**deo delectat̄ decipiēs aliquē: fraudās: decoquēs: ut inde summū se bonū esse cōsecutus existimet. **F**ur aut̄ est diligētissim⁹: aut ante rē tibi subtraxerit: q̄ tu tibi qcq; in hūc potueris suspicari. **Q**uare si qd es acturus cum hoc mōstro: ne tibi cēseas caueri quire: sed deū optimū depre cere: ne hūc sinat ad te ire. **N**on recedet abs te sine tua uel ignominia: uel re perdita. **Q**ui em̄ alicui⁹ uidēt cū hoc fa miliaritatē: qbus qdem sit cognit⁹ mirant̄: nec pnt nō exi stimare qcq; inter eos esse flagitiū. **Q**uare si me amas: hūc abs te abijce: ne aut incōmodo te afficiat: aut famā tuā ma culet. **B**n̄ uale. **E**x Mediolano. xv. kl. **F**ebruarias.

Vituperatoria familiarissima.

Malus est **S**ulpicius: sed peior longe hui⁹ filius: homo cun ctis sceleribus deditissimus. **N**ihil enim hūc flagitiū latet: omnia nouit: ac sequit̄ quæ nefaria uiderit. **N**ec gulā exci pit: nec uenerē: nec furta. **I**n homicidijs nō est iccirco uer satus: quia uiribus nullis est: ocio dūtaxat ascriptus & iner tia. **P**uer huic interminat⁹: metū faceret. **S**ed ut malus est sic & maledicus. **N**emini uel murmuribus cedit uel dela tionibus. **H**inc factū est: ut a nobis eiectus monasterio: ac penitus fugatus deliteat: nec certā habēs loci sedē uageē assidue: possitq; illad **V**irgilianū: licet dissimili causa: de se **V**ir. j. æne. dicere: Ipse ignotus egēs: **L**ibyā deserta peragro: **E**uropa atq; **A**sia pulsus. **R**em habes. **V**ale. **E**x Mediolano. xiiij. **K**alendas **F**ebruarias.

Vituperatoria grauis.

Vereor ne plus mihi laboris assumā in uituperando **Au** gustino nebulone famosissimo: q̄ sequi possim. **N**am ut sum laudandī alicuius boni cupidissim⁹: sic ab insequētib⁹

- malis alienissim⁹ esse soleo. **N**ihil enim magis detestor: q̄
Thomas malos (ut diu Thomæ testimonio) eorū cōtactu: quasi pe
 stifera cōtagiōe me pestilentē morbosūq; fieri posse rear.
- Terentius** **V**erū q̄a nihil est tam humanū: ut **T**erentian⁹ inq̄t **C**hre
 mes: q̄ existimare humana quæq; ad hominis curā attine
 re. **N**olim hic perniciosus belluo te fraudet: in aliquāq; ca
 lamitatē perdūcat. **E**st enim delator assidu⁹: & cū delatio
 ne q̄dem uanissim⁹: non solū mendosissim⁹. **N**on delectat
 nisi ut tigris cruore: cupitq; semper alicui mortem procu
 rare: aut hoiem cū quo agit uorare penitusq; consumere:
- Lycaon** ut de **L**ycæone fabulant. **Q**uid **C**acū uel **P**rocustem: uel
Læstrygones poetæ describūt. **H**ic est illis longe latro ma
 ior: & immaior. **V**errem **C**icero uituperat: **Q**uis hoc uno
Verres **V**erres ē inuent⁹ ad furta pronior ac ingeniosior. **H**abet
 nescio qd primo igressu: inter incognitos humanitatis ac
 eloquētīæ: **S**ed ois ea facies uirtutis est ad fallendū simu
 lata. **F**ormidolosus est: ut **S**inon dicit̄ extitisse. **A**liqd ad
Sinon fallax mittit in uerbis aliqñ ueritatis ut sigmentū maiore faciat
 fidē. **A**ccipe semp ex ijs quæ dixerit quicqd sinistri potes
 accipere. **N**ā dextera fraudē affert atq; dolos. **I**n nulla re
 honesta hūc firmū aut cōstantē esse ducito. **V**t est oculis
 assidue infirmis: nec cuiusq; os respicit: sed quasi modestis
 sim⁹ in pedes dirigit aciem: sic hui⁹ mentē fallacissimā du
 cito alio: q̄ quo debet tendere: nihil præ se ferre ingenui:
 nihil modesti: nihil innocētīæ. **P**ossem in hoc uno plura si
 gnificare: sed ijs ero contentus: qbus tibi notū hominem
 esse quirē ducā. **E**st abiectissimo q̄dem genere: a quo non
 degenerat. **Q**uali semine pcreat⁹: tales fructus affert: **P**er
 sica inq̄ illa præcoqua: q̄b⁹ existimauit **A**sia **R**omanos cō
 taminari ac interire: sed mutat⁹ illis profuit ager. **H**uic nul
 la uarietas temporū: nulla gentiū diuersitas: nulla castiga
 tio profuit. **N**ā semel admodū adolescens uirgis est cælus
Paulomin⁹ est nuper q̄ suspensus. **N**isi enim intercedeba
 mus: actū erat de fure puerissimo: qd̄ ei condonasse: non
 alia de causa pœnitet: nisi qd̄ emendari negt. **A**ssidue pe

ior est: semper immanior. **P**atrem autem habuit: licet abiecto loco natū: satis honestū & ingenuis morib⁹. **M**atrē optimam: a qb⁹ tam est alien⁹: q̄ nihil ab sua origine alicuius soleat inueniri. **Q**uid **T**herfitem apud ueteres ignobilem quærūt: **H**ic ille **T**herfites **A**chille cretus est: de quo **I**uuenalis. **M**alo pater tibi sit **T**herfites: dummodo tu sis **A**eacidæ similis: **V**ulcaniaq; arma capescas: q̄ te **T**herfita similem pducatur **A**chilles. **H**ic est parentū ille dolor: quo desperatione ducti perierūt. **A**ssidue hui⁹ audiebant male: peruerse pernicioseq; uel dicta uel facta: manifestaq; cognoscebant hunc euasurum non esse: quin non plectere digna poena cupiebantq; potius mori: q̄ eousq; uiuere. **H**oc primum est generis munus: a quo non abhorruit: ut uilissimis deleat: & parentum a quibus plurimū refert: ut nihil unq̄ libentius audiuerit: q̄ eorum obitum a quib⁹ huius accusabantur facinora. **H**inc autem accipe secundū quod ab ineuntibus annis usq; nihil admisit laudis: in cunctis uersat⁹ est scelerib⁹: ad omne se facinus conuertit. **L**ibidinem paphiam: cæcū cupidinem ac lyæum sibi præfexit numina quæ coleret ac ueneraret. **N**ull⁹ rei magis est exosus uim atq; maiestatem: q̄ castitatis: innocētiae: ac fidei. **T**ūc obseruat quæ promissit: cū aut res turpis est: & sibi p̄iucūda: aut fallere uult uæhemēt⁹. **A**udet aut oia modo sint praua. **N**am in bonis: ut **P**lato inq̄t: est eneruatus. **A**c cipe nūc tertiū hoc: & crede tibi foliū **S**ibyllæ recitari: nec **A**pollinis tripodem afferre posse hac ueritate quicq̄ uer⁹ qd est inimicissimus bonorū omniū: & imprimis tuus: qm̄ bonus es: a quo tibi cauendū esse duco maximopere: ne qd tibi paret detrimenti. **B**ene uale. **E**x **M**ediolano. xiiij. **K**alendas **F**ebruarias.

Synonyma uituperatoria.

Hic uir pessimus est omniū.

Abborret hic ab omni laude.

Nihil huic est familiari⁹ scelere.

Cū hoc nebulone uitiū omne conuētissimū iudica.

Therfites,
Iuuenalis

Plato
Sibylla
Apollinis
tripodes,

Si recte intueberis: nihil inuenies in hac bestia laudis.
Est hic ut malo ingenio: ita plurimis sceleribus cumulat.
Habet hic petulantiam admirabilem: inauditamque propter aciem.
Quid est in hoc boie bonum: quod non nefarium?
Parata hic habet mentem ad omne facinus malum.
Tam est hic pestifer: ut pestilentiam etiam uerba conflet.
Nescio quid tetrius hoc boie dici queat.
In hoc certe uno cuncta sunt omnium uitia.
Vt uirtus est in Caruca nulla: sic omne genus uitiorum.
Quo plura in Caruca uitia considerant: eo plura inueniunt.
Scelera huius bydrum referunt: ut uno cognito detegantur plurima.
Sic est Augustinus nefarius deditus facinoribus ut inde se uitam querere censeat.
Vt pisces aqua uiuunt: uiri uirtute nutriuntur: sic Caruca omni crimine alitur.

Titulus uicesimus tertius.

Paternalis familiaris.

Ego mi fili iucundissime: ut afficior tibi plurimum: ita cupio te uis esse prestantissimum. **S**ed hoc tibi prae dico: nibilo te prestantiore posse fieri: quam si noctes diesque uirtutibus incubueris.

Plato **V**irtus enim est: **P**latonis testimonio: quod usurpauit **C**icero: sola illa quae uiros uita mortales: diuturnitate memoriae facit imortales. **Q**uae uides in terris: quae uulgus admirat: pulchritudo formae: sinceritas & proceritas corporis: ut **H**ieronymus

Basilium dixit: aut aeris intemperie: aut demum aetatis rubigine cito corruunt: at fortunae quae bona diu solent: ut apud **B**asilium legimus: aleaeque instar ludicra nunc in hunc traducunt locum: nunc in illum. **P**ompae cadunt: luuētutis decore deflorescit: **H**ominum in reliquis gloria euanescit. **I**n uirtute semper est solidior atque

Homerus stabilior: nec ut **H**omerus scripsit: uiuos deserit: nec non comitatur luce functos. **S**olent iuuenibus occurrere multa: quibus ad libidines inuitantur: alliciuntur: puocantur. **D**istrabuntur a sociis: **A**nimantur ab iis qui maiores nati mali sunt: **A**b aequalibus suadentur ad uoluptates. **S**ed si sese audiunt: naturamque

TITVLVS XXIII

sequuntur ducem: nihil committūt sceleris. **N**on oēs motus impetusq; iuuenilis improbo: non progressus adoleſcentiæ ſingulos damno. **E**ius eſt ætatis: aliquando falli: ut hominis eſſe docet **T**ullius decipi: errare: nec om̄ia recta **T**ullius intelligere. **V**er̄ post culpā ſubeat pœnitentia: ſuccedat pudor: ſeruet̄ modeſtia. **E**rubeſcat ætatē ætas: uereat ſenē adoleſcēs: patrē filius. **H**æc ego tibi ſeruāda reor: ut & tibi ſis ſuauiſ: & mihi: & tuis om̄ibus nō iniucūdus: & apud oēs ea ualeas auctoritate ac gratia: q̄ & hic lætus uitā agas: & poſteris immortalitē cōſecutā te doceas. **V**ale. **E**x **M**ediolano. xij. kl. **F**ebruarias.

¶ Paternalis familiariffima.

Nihil eſt quod plus appetam ſuauiſſime fili: q̄ ut bonus ſis: ut ingenio ſic etiam uſu. **N**aturæ fundamēta ſunt in te optima. **I**ngenium acutiſſimum: memoria tenaciſſima: uis animi optima. **S**ed niſi hæc exercitacione uirtutiſq; conſuetudine coaleſcunt atq; coluntur: facillime ſiunt deteriora nihilq; afferunt fructus. **C**upio ut aſſidue ab ijs aliquid diſcas & addiſcas: qui te poſſunt non docere ſolū: ſed diligēter erudire. **N**ā ut illud eſt **P**latonis (quod **B**oetius ad nos **P**lato traduxit) **Q**ui nō addiſcit: dediſcit. **A**d hæc autem memoriæ modeſtiæ: ne quid ſupra q̄ puerum deceat (& eum quidē educatū ingenuē) loquaris: aut de te audeas profiteri. **S**i quid per appetitū & animi perturbationē te ſtimulat: rationis te cōhibeas freno: cenſeaſq; demum id eſſe in te plurimū laudandū: ut ſenior uideare q̄ iunior. **H**oc pacto illud pulcherrime attinges: cuius eſ cōſequēdi gratia profectus in ſtudiū: mihiq; charior aſſidue fiet. **V**ale. **E**x **M**ediolano. xj. kl. **F**ebruarias.

¶ Paternalis grauiſ.

Non iniuria illud **M**aro complexus eſt: **O**m̄is in **A**ſcanio **V**ir. j. ane. chari ſtat cura parētis: & **C**icero docuit: charitatē eſſe patriam. **N**am ex om̄i officioꝝ genere: nō conſuetudine ſolum & morib⁹: ſed uel ſola natura duce: debet patri filius pietatem: at filio pater charitatem. **I**taq; apud **H**omerum **H**omerus:

- Hesiodus** Hesiodū: Orpheūq; filij semper erga parentes dicunt esse
Orpheus pij: patribus autem nati chari: iucundi: suauēs appellanē:
Aristoteles suis utriq; ut intelligitur: epithetis. **Vt enim Aristoteles:**
 & omnes declarant philosophi: ea est naturæ uis: ut in suc-
 cessoribus augeatur. **Nec id quidem iniuria:** cum pater ac
 auus & proauis se ducant in nepotibus posse uiuere: suiq;
 nominis familiæq; propagationem in eos pendere. **Quā-**
obrem & quibus naturales non fuere filij: legitimos sibi
 adoptarūt: ut in eorum manibus & signis uiuerent: fami-
 liasq; cōseruarent. **Hinc & ab Octauia familia in Iuliā trans-**
latus Octauij filius: qui possessiuo a nominatiuo cognomi-
Octauianus natus est Octauianus: ubi. **G. Iulius** cæsar nomine agnomi-
Aemilij neq; adoptatis diceretur: & ex **Aemilijs** in **Cornelios** ad-
Cornelij optione traductus est adoptiuus. **P. Scipio** dictus: ubi pri-
P. Scipio **Aemilius** esset: quod retinēs cognomēto uocabat **Aemi-**
lianus. **Tantū** patres filijs: quantū natura debeat: tantū ijs
 laeti sunt quantū eos nō forma potius: q̄ uirtute præclaros
 intelligūt: nec uirib⁹ magis: omniq; corporis dexteritate:
 q̄ modestia: cōtinētia: omniq; mētis ac animi temperamē-
 to. **Illā** em̄ & leuissima bona sunt: uixq; bonorū nominibus
 digna: interdūq; plæriscq; communia bæluis: quæ uel cito
 corruāt uel minimā utilitatem afferant. **Hæc** autem quæ
 ad animi splendorem attinent: eiusmodi certe sunt existi-
 manda: ut cū nullo ualeant comparari ornamento: ut **Hie-**
Hieronym⁹ ronymus ait. **Quid enim iste tibi profutur⁹ est color:** quo
Colores lilia purpurāq; uincis: & te præstas **Polydorz:** **Hyacinthū:**
Narcissum: **Hippolytū:** **Hylam** & **Ganymedē:** **Quid** iste
 decor adiumentū daturus est: **Quod phœbeus possis cu-**
pidineusq; dici: **Quid** confert ad æternitatē: **Certe nihil:**
Cum nō multo post uenustas oris: leuiscq; cutis sit a pilis de-
Basilij formiq; squalore obsidēda: exq; pardo iam incipias ursus
 fieri. **Nam** (ut **Basilij** docet) plus obest longe species (quæ
Achilles flosculorū instar: a mane ad uesperū concidit) q̄ conducat.
Hector **Accedat** robur: & membrorum internodiorūq; præstan-
 tia: quæ nobis te dicat **Aeacide** similem: aut **Hectoris:** aut

Furiū: referat: aut **Camillum**: aut eorū aliquem: cuius tanta uis fuit in praelijs? **Quid** hæc uires afferunt uitæ nostræ subsidij: quæ agiles fuimus iuuenes? **Agiliores Simiæ**: **Celeriores** corui atque damæ: quæ robusti: robustiores elephantes: quæ fortes animosi: fortiores animosioresque leones. **At** quid tandem uel superemus hisce laudibus animantia cuncta? **Quod** homines cædimus: carpimus: uincimus: prædam eorum res uertimus. **Istud** est quod nolim nos meminisse: quæ quidem est ab omni humanitate alienum. **Discimus** hoc pacto **Martiales** fieri: **Lapithas** & **centauros** imitari: gloria militare nobis quærere. **Quousque** tandem hæc uires: hoc robur: hæc ualentia nos comitat: quæ diu stabilia hæc sunt: nullam profecto solidam habet sedem. **Nullibi** firma dici solent. **Nunc** intemperies hæc aeris uerberat: ut **Aurelius** inquit: nunc inordinatus cruciat uiuendi modus: ut ait **Seneca**. **Nunc** nimius labor: nunc ocium: nunc cibus immodestus: nunc libido intemperata: ut **Theophrastus** dicit: eripiunt hæc munera. **Desint** ea incommoda: non est ætatis defutura canicies atque rubigo quæ corrodat: quasi tineas uestes nostra corpora: ut uerbis utar **Gregorij**: membraque penitus consumat eneruata: & enodata: ut **Ambrosiano** utar sermone. **Prudentia** uero: æquitas: religio: fides: sanctimonia cæteraque huiusmodi: neque bis nec alijs debilitantur importunitatibus: semper durant: assidue sunt meliora: firmiora magis incoccussa. **Quãobrem** mi suauiissime fili: ne te persternas ulli fortunæ impetu: ne te subijcias ullis uoluptatum blandimentis: ne te abijcias ulla rerum mundanarum desperatio. **Cur** finxit **Homerus** poeta clarissimus **Vlyxē** in **Siculo** pelago in sirenū cantus incidisse: ac sese malo nauis alligasse apertis auribus: cæteros autem nautas & uinctos esse uoluisse & obturatis auriculis: nisi quæ illarum audiens cantus sese in pontum precipere negret. **Erant** autem sirenes mulieres libidinibus deditæ: quæ solebant illinc transeuntes ad oblectationes incestas tractos perdere. **Malum** autem ratio erat: cui se uir bonus deuincit: ne se projiciat in uoluptatum pelagus: sed audiat

Furius
Camillus

Martialis

Aurelius
Seneca

Theophrastus

Gregorius
Ambrosius

Homerus
de **Vlyxe**

Sirenes

- iucunditatē in anē illā: sciatq; nō solū a se ppulsare ac ex-
crari: sed in alijs q; suæ sunt cōmissi uigiliæ castigare tā acri-
ter & oportune: ut sūmergi nō possint. **O**mēs (ut **T**eren-
tianū illud declarat) procliuē a labore ad libidinem corru-
unt: cūm **A**ristotelis arbitrio: passio deterreat omnia natu-
ra quidē animātia doloreq; fugent: at uoluptas alliciat &
in suam facillime redigat potestātē. **S**uccurrunt in ordina-
tæ mensæ bacchanales illæ: **S**ardanapaleaq; cōdimēta: cō-
uiuiaq; **N**eronia: quæ iuuenū mentes cogunt furere suiq;
nō esse compotes. **T**u uero abstine mero: **A**bstine ab ijs
odoribus saporibusq; quos ex arabū deuehunt syluis: ex
Damasco: **C**ipro: **C**reta: quibus operosa consuluit saties:
& ut **S**ocrates admonuit: paucis minimisq; naturā esse cō-
tentā: e de ut uiuas: nec uiuendū esse tibi ut comedas: arbi-
trare: sed ut discas: ut sapias: ut assidue te uirtutibus exer-
ceas. **N**ec tibi **P**ythagoricū illud excidat: iuuenib⁹ tam diu
tacendum esse: q̄ diu didicerint loqui bene: silendo ac au-
diendo. **T**ua uero modeste quidē exercēdo: quæ audiun-
tur: at demū docēdo quæ audita fuere simul & exercita-
ta. **Q**uid insolentius: ut **P**lato uoluit: q̄ loqui uelle ubi ser-
monis non est ratio: **S**uccurrat aut̄ illud **A**gesilai: non esse
tam indecorā in adolescente uultus turpitudinem: q̄ alicu-
ius motus aut gestus incontinētia. **M**endaciorq; consuetū
dinē ex qua uanitas orit̄: quā uoluit **T**ullius oblectationē
esse mentiendi: prohibet omnis philosophorū schola. **H**is
nihil addi posse præceptis duco paternis: qbus mea in te
admonēdo charitas exprimat̄: nisi ut sis religionis amicis-
simus: fidei obseruantissimus: ut & dei possis & hominum
amicissim⁹ existimari. **Q**uis enim q; deū non coluerit: non
omni opa industriaq; sit uenerat⁹ quicq; poterit in uita cō-
sequi: unde uir magnus appellec̄: **I**n quo religio nō est: ut
Chrysofsto. **C**hrysofostomus inquit: in eo nihil esse potest laude dignū.
At fides: qua continetur quædam promissorum obserua-
tio: nisi constantissime reguli seruet̄ more: cogit hominē
euanescere: nec inter homines quicq; existimari. **F**ac igitur

mi fili: ne quicq̄ ex his prætermittas: neu magis haberi ue-
lis q̄ esse bon^o. **F**ucat^o em̄ color & dissimulata quæq; dela-
bunt: **V**era sp̄ bona pmanēt: & uiuos exornāt: & mortuis
uitā parāt. **C**harissim^o nobis es: at multo: ut ait **T**ulli^o: eris **T**ullius
charior si meos non aspernabere monitus. **B**ene uale. **E**x
Mediolano. x. kl. **F**ebruarias.

Synonyma paternalia.

Ego te ad uirtutē hortor.

Cupio te fieri meliorē.

Amplectare si me audias uirtutē omnē.

Nihil mihi magis gratificabere: q̄ si laudī omnem operā
adbibebis.

Tunc mihi multo iucūdi^ories: cū uidebo te nulli plus q̄
gloriæ uacare studio.

Nihil magis desidero: q̄ tuæ uirtutis famā.

Fac ut ingenij tui uiuacitatē: cū omni cōiungas laude.

Nil decet te magis mi fili q̄ ut tuis te maiorib^o reddas non
inferiorem.

Cum oēs debeāt se modestissimos exhibere: tū multo tu
magis in quē oīm sunt oculi cōuerfi.

Peto abs te iprimis hoc: ut te studiosissimū lrāq; efficias.

Si bonis te morib^o dedicaris: tā incredibili nos afficies uo-
luptate: ut ad cumulū addi quæat nihil.

Viuū me diuti^o optabis: ubi te uirtutib^o totū dedideris.

Vt sis excellēti laude prædit^o: omnē exerceo curā.

Tunc me foelicē existimabo: cū ea te gratia uidebo præ-
stantē: quæ te numeret inter claros.

Titulus. xxiiij.

Maternalis familiaris.

Cupio te mi fili ad nos redire incolumē. **S**ed ut id cito fi-
at: te uabementi^o oro: ut uita. **N**am sine te uita mihi fit in-
iucūda. **D**ebes tu quoq; labores mihi meos compēsare q̄
bus sum diuti^o in te pariendo: educando: nutriēdoq; defa-
tigata. **Q**uæ autē est cōpēsatio mihi uel charior: uel optati-
or q̄ ut te uideā: audia: amplectar. **P**ater tu^o uir est: nec eo

TITVLVS XXIII

te aluit dolore ac cura: quib⁹ ego semper anxia tuæ ualitudinis. **Prop**tea is te destinat studioꝝ laborib⁹. **E**go te malim uiuū beneq; ualentē apud nos esse q̄ istic litteratissimū in periculoꝝ ualitudinis. **S**cio qđ desit apud exteros filio meo. **V**bi mollia: quæ hic tibi parare sum solita: **V**bi ciborū iucūditas: ubi ociū: **I**stic laboras: ut aiūt: semp. **Q**uid tibi quæris mi fili: **N**um **H**erculis **T**heseiue labores: **Q**uid tū: ut moriaris: uelut illi iuuenes obierunt. **R**edi ad nos te rogo: nec patrē seueꝝ audias & crudelē. Ita fac & cito. **B**e ne uale. **Ex** Mediolano. ix. **Kl.** **F**ebruarias.

M Maternalis familiarissima.

Audio te mi fili: aliq̄ diu aduersa ualitudine laborasse: nūc autem conualuisse. **M**e miseram in hunc usq; diem ea de re nihil mihi significatū est: cura per deū immortalē tuā ualitudinem diligenter: si mea non tibi min⁹ est seruanda uita q̄ tua. **T**uus enim interitus sine meo non procederet. **S**cis q̄ te amem anime mi: q̄ cupiam te mihi superstitem ac tuis omnib⁹. **S**i nocet studiū tibi: desere quicquid obest & te mihi serua sanū: & fac ut te cito uideā. **V**ale. **Ex** Mediolano. viij. **Kl.** **F**ebruarias.

M Maternalis grauis.

Scio te mi dulcissime fili non latere nihil usq; te matri tuæ charius esse posse. **N**on enim ab re fictū a poetis perhibēt **Ceres** q̄re **Persephonem** filiam inquirere solitam: cū per uniuersam **Siciliam** clamaret in triuijs. **Q**uod si de filia tam fuit diligens mater: quid est censendū de filio matrem cogitare: **D**ocet enim **Aristoteles**: cur filio magis afficiatur q̄ filia: genitrix: quoniam cū inualida sit mulier sese adiuuare: plus eum diligit: a quo plus speret adiuuari. **C**um autem natum: non nesciat patris heredem fore: qui domum regat: quandoquidem uir (qui iunior uxore solet esse: moriturus etiam censeē ocius) in eo se totam componit: & ab eo sic pendet: ut cum eius incolumitate suam quoq; incolumitatem uidet esse coniūctam. **A**d hæc **Plato** autem: ut **Plato** uoluit: non minus ad procreandum ma-

ternum concurrir semen: q̄ patrum: ut **Deucalionem** & **Deucalion**
Pyrrham coniuges admonuisse dicitur **Themis**: lapides: & **Pyrrha**
 hoc est matris ossa post se iacerent: ut **Iuuenalis** post dilu- **Themis**
 uium profecutus est inquit: **Et maribus nudas ostendit** **Iuuenalis**
Pyrrha puellas. **Quid** quod plus sibi ex matre sumunt pi-
 gnora q̄ ex patre: **Nam** ab eo prodeunt sola seminaria: ab
 hac autem non originem habent modo: sed fouent: sed
 sanguine: carne: spiritu: neruisq; conglobant: sed educan-
 tur in laboribus & erumnis interdum plurimis: ut **Bernar** **Bernardus**
dus inquit. **Amat** eos igitur mater plurimum: ut uel in mi-
 nimis cognosci bestiolis potest: & angitur eorū causa uer-
 bementius: ut & illud est **Linus**: ut gallina suos pullos fouet **Linus**
 anxia: miluus ne præmat acrius: & animo absentib⁹ filiis
 nunq̄ conq̄scit: quare comica sententia scriptū est: præsta-
 re: ut eueniūt hominibus quæ coniuges suspicant: q̄ quæ
 matres: cū coniuges de illarū uoluptate sint gelotypæ: ne
 cū alijs gaudeāt foeminis: matres uero de discriminib⁹ me-
 ticolosæ: ne filiis ulla inciderint aduersa. **Nūc** me præmūt
 de te insomnia mi fili: ut illud **Virgilianū** de **Didone** mibi **Vir. 4. æne.**
 accidat: **Anna** soror quæ me suspensam insomnia terrēt:
Nūc ne incideris in itinere in latrones: aut in urbe factiosa
 in inimicitias: aut inter disceptandū in rixas: & a cōtume-
 lijs & conuitijs ad uulnera conueneris: dubito: uereor: ti-
 meo: discrucior. **Scio** q̄ magno sis aīo: q̄ alta mente: q̄q; p-
 ætatē forte prouocaris. **Ne** quē lædas: neu lædaris ab ullo
 assidue agito. **Væ** matri omniū infœlicissimæ qd esset pri⁹
 optandū: aut qd poti⁹ non optandū: periculo ægrotatio-
 nis atq; mortis: q̄ ut tibi quicq; sinistri (quod auertat sum-
 mus Iupiter) accideret: **Vive** sic igit apud exteros mi fili:
 ut te memineris istic solū sine parentib⁹: sine agnatis & co-
 gnatis: sine propinqs esse ullis: ut te manchū iudices: ut ti-
 bi semper metuas: ut possis salu⁹ ad me redire. **Cura** dūta-
 xat studia quorū te causa istuc seuerus pater misit. **Cura** si
 potes sine periculo uitæ: sin id neq; uitæ imprimis cōsule:
 literas deferre. **Satis** erit patrimonij. **Satis** maternæ dotis.

Non audis quotidie dei seruos improbare in multis mul-
tas litteras: **V**iue simpliciter ac religiose: deo te quotidie
cōmenda. **V**tere dei suoꝝ familiaritate. **A** conuentibꝰ &
scholariū coetu absis. **V**alitudinē semp cura. **B**ene uale. **E**x
Mediolano. viij. Kl. Februarias.

Synonyma maternalia.

Cauē tuæ uitæ mi fili.

Fac per deū ne tuā ualitudinē negligas.

Esto de te fili curiosus.

Succurre anxietati meæ: quā de te capio.

Sum de tua ualitudine semp suspecta.

Nihil plus appeto: q̄ semp de te quicq̄ audire.

Te mihi serua mi fili diligēter.

Euitato rixas: cōtumelias & cōuitia.

Si sanus ad me redis: satis te litterarꝰ haussisse ducā.

Sum assidue de te in ambiguo: ne qd tibi accidat.

Si me uiuā esse uis: fac ut tibi oia pro arbitrio sint meo.

Quod a supis die noctuq; opto: puide semp: ut om̄ia tibi
bene succedant.

In om̄i re tua deū aduoca tutorē atq; defensorē.

Inter oēs curas tuas diuinis incūbe monitis.

Audi me fili: & cū ualitudine cito ad me regredere.

Tam te doctū nō expecto: q̄ pater: modo bene ualeas &
ocius huc reuertaris.

Quæris qd primū abs te uelim: ut a periculis caueas: qd se-
cundū: ut ualeas: qd tertiu: ut redeas.

Titulus. xxv.

Filialis familiaris.

Et si scio pater optime: nihil te mihi consuluisse quod non
Apollinis sit oraculo **A**pollinis uerius: duxi tamen mearꝰ esse partiū
oraculum ad ea quæ scripsisti: non nihil respondere. **A**ccepi omnis
tuas admonitiones eam in sententiā: in quā prolatae sunt.

Aristoteles **Q**uid em̄ censere possum de me patrē nō intelligere lon-
ge meliꝰ: q̄ mihi per ætatē liceat? **N**on ab re inquit **A**risto-
teles: non esse iuuenē moralis disciplinæ auditorē idoneū

cū uiderit iuentuti rationē: ad degendam uitam: aut nul-
lam: aut paruā esse. **S**ed tua præceptio non solū paratissi-
ma fit mihi uia: ut a uitijs abstineā: sed ad capeffendam uir-
tutem assiduus stimulus. **A**udiam: ut iubes: litterarum do-
ctores: nec curabo minus: ut **H**agesilaus instituit: esse phi- **Hagesilaus**
losophus: q̄ scire philosophiam. **A**sequor em̄ coniectura
sine moribus litteras prodesse parē: plurimū aut̄ uel sine lit-
teris bonos mores. **S**i quid interdū erraui tu familiaritati-
bus ascribe pessimis. **N**am ut apud **H**ieronymū illud apo- **Hieronymus**
stoli reperit: quod est a poeta usurpatū **G**ræco: **D**eprauāt
bonos mores colloquia mala. **V**ale. **E**x **M**ediolano. vi. **K**a-
lendas **F**ebruarias.

Filialis familiarissima.

Non nescio q̄ te cruciet mater pietissima qd̄ istinc absim
in urbeq; uerfer factiosa. **V**ereri assidue ne qd̄ quod no-
lis accidat. **L**aborare aut̄ me miq; doles. **S**ed ne te macera
mater. **N**ullo sum in discrimine. **A**t neq; labor est ullus in-
ter cōmitones studiosq; esse: ubi nulla fit nisi de uirtute dif-
ceptatio: sed nec ea cōcertatiōis instar. **C**ōmentamur de
rebus honestissimis: quicq; docti⁹ loquit̄: palmā refert: hoc
ē gloriā apud eos q̄ nō audiūt. **S**pero aut̄ ad uos me q̄ pri-
mū reditū: & ea laude cōfirmatū: quā p̄ optat. **I**n ea tu
nō negliges: ad me sæpe de tuo patrisq; statu: deq; uestro
rū ualitudine quicq; ad me scribere. **V**ale. **E**x **M**ediolano
v. **K**alendas **F**ebruarias.

Filialis gravis.

Multa paucis es complex⁹ pater opime: nec pauciora ma-
ter est pietissima profecuta: qbus si non obtemperarem
ferreus sim: & ut apud **V**irgiliū illud est: **A**ut duris de cau **Vir. 4. æne.**
tibus ortus: aut inter byrcanas tigres enutrit⁹. **A**d matris
consilia (quæ omnia in mea curanda ualitudine sita sunt)
non multa respondi: ne magis in corporis ualitudine q̄ in
mentis sanitate quærēda uidear attentus esse. **N**e tamen
banc ullo conficiā dolore: post ingenij studia: doctrinæq;
præcepta: uis mea om̄is in ualitudine sinceritateq; mem-

brorum constituet. Ad ea uero quæ cumulatissime sunt
 abs te scripta: quod respondeam aliud nisi quod ea sum uolunta-
 te: ut nihil negligam: quod tu mihi seruandū decreuisti: **Terentius**
Terentius rauo quandoque: fateor: patetque quod apud **Terentium** legitur:
Hieronymus pro peccato maximo paululū supplicij satis fuit. Sed neque
Hieronymus nimia indulgentia: ut **Hieronymus** inquit: me tibi perditū esse
 ducas: nec propterea quod aliquando pepercis uirgæ filiū
 odisti. Nam ipse sum parentibus ortus ut ab ipse nequeam esse
 degener. Habui te genitorē: cuius seminaria sint in me cō-
 iecta natura. Habeo te præceptorē: cui assidue institutio-
respirabo. **C**æterū est: ut si quid aliquādo euenerit ubi tibi amicisue aut seruis tuis me cognoscas opera: ingenio: uilauē diligentia posse quicq̄ opitulari: suppeditareq; tuæ uoluntati officij: iube: impera: manda: præcipe: nihilq; te remoretur causæ: quæ te cogat credere: aliū esse me q̄ sim. **D**ebeo te sequi omni nō amore solū ac obseruantia: sed cultu atq; ueneratione haud secus ac numen aliquod. **N**ō solus ego tuus sum: sed tota hæc nostra domus: uniuersaq; familia. **N**am qui mihi uel amicitia debēt officium: uel clientelæ: sese omnes tibi dedicarunt: cunq; intelligant q̄ tuus sim: assidue de te nobis fit sermo: nihil est quod uerbementius appetant q̄ esse tui. **V**tere mi princeps & me & meis oib⁹: & quis nō sit necesse: scio tibi & maiores uiros & ditiores amicos: clientes ac seruos esse: ne tamē indigne factum existimes: si nos multo illis inferiores non eijcis: non aspernaris: nō cōtemnis. **V**t ait **H**omer⁹: parui cū magnis amici sæpe coeunt. **N**ō ero in dicēdo prolixior: ne hac epistola cēseas: uoluisse me trahere in me magnitudinē meritorū gratiā referre. **N**ulla em̄ uel amplissima carmina: uel p̄fussissima p̄sarum genera satisfactura sunt huic debitiōi meæ quæ quidē est sempiterna. **S**ed tu prudentissimus a nobis accipe (qđ dari ualet) mentē tibi deditissimā. **A**nimū tuū institutū dicitissimū. **I**ngeniū tuæ laudis testimonium: dispositionē in te conuersam: cōmentationē cū claris de te assiduā. **V**ale. **E**x Mediolano. xiiij. kalendas Martias.

Homerus

Synonyma regratiatoria.

Ego tuis de me meritis gratias habeo maximas.

Affecisti me maximis officijs: pro quibus habeo incredulæ tibi gratias.

Regratior summopere tuæ in me liberalitati.

Referre nequeo tibi gratias: at habeo & ago.

Dicere nescirē paucis quātas debeā tibi gratias.

Fuisti tam in nos officiosus: ut quā pares referre gratias ualeamus haud satis intelligamus.

Quis tibi nostrū æque (ac tu fuisti beneficus ergo nos) re-

gratietur.

Nulla eloquij præstantia gratias agat tibi debitas.

Gratiarum agendarū loco nos tibi dedicamus.

Sanguinē etiā ac spiritū p te statuentes: nō erimus in referenda gratia tuis beneficijs similes.

Laborātes die noctūq; nō satisfaciē⁹ acceptis officijs.

Iube si quid in nos uides ad mortē usq; p habēda nō referenda tamē tibi gratia.

Vellem tam esse disertus ut agerem tam diues ut referre quirem tibi gratias.

Nulla est res tanta: quā in referēdis tibi gratijs nō debeā.

Fac de nobis q̄ malis in re piculū: si uis certo cognoscere quas tibi habeam⁹ gratias: etiā si referre nesciam⁹.

Titulus. xxxiiij.

Comissionalis familiaris.

Plato

Cōstituerā istuc ire: ne quid in re mea: me absente: fieret.

Nā uetere puerbio dici solitū docet **Plato**: **V**irū corā suā efficere causam meliorem. **S**ed ubi mecū animo uolutaui q̄ sis prudens: & q̄ me ames: decreui meā tuā fidei committere causam. **S**cio q̄ sis futurus & diligens & curiosus: q̄q; multo melius cogitabis quid sit opus factō q̄ sim ipse cogitaturus. **S**olent enim qui suas res agitant: esse maioribus interdū occupationibus circūsepti: neq; uidere possunt omnia: nec psequi: quæ ad rem attinent. **F**allunt aliquid quando apparentis specie boni: aliquñ cupiditatis ui: nonnunq̄ ira: odio: amore: cæterisq; mentis passionibus. **T**u uero liberiore multo consilio: firmioreq; iudicio pedetentim insinuabis in causa (si opus fuerit) omniaq; consulto: nihil temere psequeris: nec celeritate frangeris: nec tarditate cōculcaberis. **T**olerantior eris q̄ ego esse queā. **I**taq; hui⁹ epistolæ uī ac officio tibi cōmitto quā ago cum amilio: causam. **Q**uicqd in ea uel egeris uel trālegeris: æque firmū immobileq; esse ducā: nec reuocaturus sum: ac si præsens omnibus affuissem. **I**udices aut̄ omnes eam adhibeant tibi fidē: quā ore meo platis uerbis: & mea mente uolūtati exp̄sse adhiberēt. **C**ura tu posthac igit̄ rem meā p

TITVLVS XXXIII

q̄ diligētissime. **Bene uale.** Ex **M**o. xij. Kalēdas **M**artias.

Cōmissionalis familiarissima.

Est mihi aduersus **C**olumellam istic apud prodominiū in/ gens causa. **S**ū aliquot adhuc mēses in ijs impeditissimus quæ ad principē attinent: nequeoq; hinc sine maximo in/ comodo digredi. **A**t neq; causæ isti consulere non debeo quandoquidē est non mediocris. **M**emini te non causidi/ cum esse solū peregriū: sed mihi summa beniuolētia con/ iunctissimū. **T**e unice rogo: non dedignere banc tibi pro/ uinciam corrigēdam assumere. **E**go em̄ hisce litteris fidē huius meæ uolūtatis efficio: teq; meoꝝ hac in causa nego/ ciorū curatorē & pcuratorē deligo atq; cōstituo: cui com/ missam esse uolui meā omnē facultatē. **B**n̄ uale. Ex **M**edi/ olano. xj. Kalendas **M**artias.

Cōmissionalis **G**rauis.

Cūm uiderit **S**olon interesse suis in foro causis plærosque **S**olon non posse: quos maxime necessariae detinerent causæ. **A**t cōtra: qui agerēt nollent frustra in iudicio agere: nō ueni/ ente aduersario: prouidit non incōmode quod a **C**arbo, **C**arbo ne primū: mox alijs iurisconsultis non importune usurpa/ tū est. **N**ā aut prece: aut p̄cio: aut beniuolentia deligi pos/ se uiros instituit: qui alienis intercederēt nominibus: qui/ bus pcuratorū apud nos nomia uidem⁹ adhuc esse: apud **D**emosthe/ **G**ræcos rex actores: uocabula dari. **Q**obrē & **D**emosthe/ nes ac **A**eschines i **C**tesiphōtis egere cā: & **C**icero ac **H**or/ Aeschines tensius in plærisq; alijs. **N**am quod ab oratorib⁹ aliqui di/ Ctesiphon cant differre solitos procuratores: ut ab aduocatis hodie **C**icero differunt causidici: nec id quidem negem omnino nec pe/ Hortensius nitus affirmē. **V**t enim uel hodie interuenire nōnunq; p/ iurisperitis hisce tabulis clamosissimis iuriscōsultissimi ui/ dent: cū est causa magni precij: sic & oratores i illis copio/ sissime dicebant causis: in quibus parum profuissent causi/ dici. **C**um ergo & ipse interesse meis non ualeā: quæ istic geruntur: & res istæ magnæ atq; amplæ mihi negligēdæ non sint: delegi te uirum & legum iurisque clarissimum

interpretē: & mei mearūq; rerū omniū amantissimū. **T**e em̄ præter ceteros delegi: quē arbitror fore mei studio-
 sissimū. **V**t em̄ es & in amicos officiosissim⁹: & gloriæ cu-
 pidissimus: sic & rei meæ consulturū certo scio: & tuæ lau-
 di. **Q**uas es unq; amplexus causas: quaz; uictoriā non re-
 portaris. **Q**uod iccirco fieri nō ambigo: quia nihil aggre-
 deris qđ nō æquissimum & honestissimū esse uideas. **N**ec
 aliud abs te nūc etiā postulo: q̄ quod si quid iniquitatis in
 mea esse causa uideris: id omnino reijcias. **N**ec ut **Plutar-**
Plutarchus chus dicit: quicq; contendas uel a iudicibus impetrare: uel
 in aduersariū obtinere qđ turpe sit. **Q**uis enim uel fœno-
Cato re ditari uelit uir bonus: quod **Cato** definiuit: hominē oc-
Salpitius cidere: uel cū aliena iniuria: quod **Sulpiti⁹** monstrū in ho-
 minē appellauit natura. **V**erū quæ iuste nostra esse posse
 cognoris: nec sine legis tui ac maiestate peti posse: insta:
Apostolus increpa: obsecra: ut **Apl⁹** ait: curaq; demum: ut res tuas.
Tua em̄ potes existimare mea oia: cū ob uirtutē i te sum-
Procuratoris **Procuratoris** cōstitutō omnē cām tibi cōmisi: cōmissāq; hac epistola uolo: iubeo
 q; te meo nomie rem agere: ab omnibusq; admitti: ratūq;
 promitto: gratūq; habiturū quātū egeris: composueris:
 trāsegeris: ac pactus fueris. **H**abe post hac ergo ab me ip-
 so facultatē necdū petendi: sed accusandi siquid intercide-
 rit: uerū etiam opponendi: obijciendi: articulandi: testes
 producendi: cōcludendi in re ipsa: iudicisq; sententiā au-
 diendi: ac si quid inique p̄nunciatū censueris: appellandi
 ac rursus & iterū si duxeris opus esse puocādi: supplicādi:
 a cæsareq; irato ad cæsarem non iratū accedendi: interce-
 dendi: contendendi. **Q**uicquid enim affirmaris: aut nega-
 ris: uel cū iureiurando in meā & famam & animā stabilitū
 improbatū te fuisse uelim. **S**cio enim: q̄ & nihil te lateat
 (qđ meū hac in re sit) & si latuerit quippiam: esse te omni
 curaturū industria prius q̄ affirmes aliquid de re ut habe-
 at: fias ab me certior. **N**ihil ergo te impediāt aut remorē-
 tur iudices: nec ante causæ constitutionē litēq; cōtestatā

TITVLVS XXXIII

quisq; obſciat te talem eſſe: cū ego ad quē hęc ptinet ois
cauſa: p te fidem hic faciā: promittāq; ab omnib; eximere
te difficultatibus: quas ob hoc ferre poſſes. **Bene uale. Ex**
Mediolano. x. kalendas **Martias.**

Synonyma cōmiſſionalia.

Cura diligēter rem meā tuis humeris demandatā.

Hanc cauſam omnē tuā cōmitto fidei.

Conſtituo te in meo negocio pcuratorem.

Rei meę te patronū uolo deſtinatū eſſe.

Fac ſi me amas ut nō neges curare meā iſtic cauſam.

Ego te meorū decerno geſtorē negociorū.

Præter te unū meas res agere uolo neminē.

Ad te ſolū deſerri iubeo: quicq; iſtic pro me agit.

Cū tibi ſoli meęq; rez oīm diligētiā iſto i foro cōmiſerim:

fac ut acumē ingenij: uimq; tuā declares ſapiētīæ.

Tu mihi delectus es mearū rerū tutor atq; deſenſor.

Te ſolū præſſe meis præcipio cauſis.

Quicq; in omni re mea pſeceris: ego quoq; factū reor.

Confirmaturus ſum ſemp quæ geſſeris meo nomie.

Iube in rebus meis quæ apud uos aguntur: ut uelis: idem
affirmo.

Nulla i re tuā refragabor uolūtati: ſi res meas inſceperis.

Comiſi tibi meas cauſas: quæ iſtic tractant: nec ſenten-
tiam muto.

Scire quēlibet cupio delere me quæcūq; mādata (q̄q; aliū
pcuratorē meū appellāt) te ſolū deinceps illū decreuiſſe.

Titulus. xxxiiij.

Teſtimonialis familiaris.

Magna fides adhibēda teſti (ut **S**cæuola iuſſit) cū expoſ- **S**cæuola
cit omni exceptiōe maiore. Itaq; cui teſtimoniū dicēdū ē: **T**eſtis omi
ei animaduertēdū arbitror ne qd dicat temere: ſiue p obli **exceptione**
uionē: ſiue p errorē. **N**ā q p amicitia: aut preciū: aut odiū: maior
aut metum a fide deficiunt: ij mea quidē ſentētia: uel ſtul-
ti ſunt: uel ſclerati: uel immanes: uel abiecta mente: nulli^o
facūdiæ. **N**ā teſtimonio præſt deus: & peieratio ſuperos

m

TITVLVS XXXIIII

semp̄ habet ultores. **C**ū ad me igit̄ sit testificādi gratia de/
uētū: ne me roget ql̄q̄: nec arbitret̄ me dicturū qđ nō me/
mini. **V**ideor enim quasi somnia meminisse: quēdā istinc
me præsente: nescio quam pecuniā cuidā numerasse. **A**t
neq; temp^o memoria teneo: nec locum: nec qui tūc inter/
essent: nec nummorū numerū: nec ipsos homines inter se
cōtrabētes: nec causas aut pactiones. **N**e me igit̄ cogatis
præterea quicq; dicere qđ nesciam. **N**ec rursus hæc testi/
monia sint suspecta cuiq;: qm̄ bona soleam esse reminiscē/
tia. **C**um em̄ tunc me non designauerim testē: nihil ex ijs
reb^o memoriæ demādaui: quippe qui nō credidī me unq̄
esse p̄pterea relaturū aliqd. **S**i scirē: p̄sequerer plura. **V**a/
lete. **Ex Mediolano. ix. kalendas Martias.**

Testimonialis familiarissima.

Causa sic habet: **C**urius fabricio mutuos dedit nūmos au/
reos octo: me coram: rogauitq; ut interessem testis: si qñ
quicq; ab me quæreret: ueritatē expressur^o. **I**ntererat tūc
mecū & **L**ucius & **F**lauius: qui sunt pari modo testes ad/
uocati. **P**ost ea tempora nihil audiui^o. **F**uerūt hæc autē
Parthenope quarto kalēdas Ianuarias bui^o anni. **Ex Me/
diolano. viij. kalendas Martias.**

Testimonialis grauis.

Cato **H**ieronym^o **C**ato uir tantus: quem uel solū **H**ieronym^o inquit creden/
dum esse: cū dicturus testimoniū quæreret iniurat^o dice/
re noluit: tabellione prætorēq; instāte qđ ei fides habere/
tur uel non iurato: at alijs inquit id nō traditur: ius autem
omnis eosdem existimare debet. **Q**ui si nulla est personarū
in iudicijs acceptio: quid ego de me censeam: cuius testi/
monium expectatis? **T**am enim mihi desunt eæ: quas uul/
gus admirat: diuitiæ: ut nullā uideantē adhibere mihi uer/
bisq; meis fidem posse qui testimoniū legent. **N**on enim
ea sunt tempora: quibus iniurato **C**atoni credebat: qui/
Solon in templo testimoniū a quocumq; dictum uo

Solon

TITVLVS XXXIII:

luit nefas esse reprobare: quibus **Mercurius Trimegistus** **Trimegist⁹**
 apud **Assyrios**: aut sic: aut nō iubebat a teste proferri: nec
 de illo quicq̃ dubitari: cū uel maximos peierare posse cē/
 feret: uel iusiurandū nihil in malos cōponere metus. **Nūc**
 aut illud **Iuuenalis** est in promptu: **Quātū** q̃sq; sua nūmo **Iuuenalis in**
 rum seruat in arca: tantū habet & fidei. lures licet & famo **umbricio**
 thracū: & nostroꝝ aras: cōtēnere fulmina pauper credit.
Deberem igit̃ a dicendo desistere: cū sitis deinde petitori
 quot possideā: & cū nequeā illud rñdere libertini: **Ego po** **In prima**
 sideo pl⁹ **Pallante**: & licinis reijciār: & aut p̃cio: aut prece **satyra**
 dicar hoc dixisse aut illud. **Nā** protinus ad censum (ut idē
Satyrus pulcherrime complexus est) de moribus ultima **Iuuenalis in**
 fiet quæstio: **Quot** pascit seruos: **Quot** possidet agri iuge **umbricio**
 ra: **Q̃** multa magnaꝝ parapside cœnat: **Ego** uero qd re/
 spondeā: q̃ **Codrus** sum illo paupior: cui nihil præter abacū **Codrus**
 erat: & iāq; uetus græcos seruabat cista libellos: **At** paup/
 tatem uoui me p̃petuo seruaturū: quid est diuitiꝝ opus?
Certe nō est necesse. **At** iudices & causidici hæc obijcient
 testimonio: q̃q̃ beati appellant̃ a **Christo** pauperes: ut &
Augustinus declarauit: pauperes inq̃ suo sed diuino diu **Augustin⁹**
 tes spiritu. **Dicam** tamen (quod me rogatis) & deos pri/
 mū aduoco mihi testes: sic rem habere (ut dicam) **Tū** eos
 homines qui præfuerūt: nō solū interfuerūt hisce causis:
Pomponius Titum adiuit: & est unice nobis intercesso/
 ribus deprecatus: sibi mutuos daret centū aureos: cōmo/
 datos aut̃ libros tris: **Liuium**: **Iustinū** & **Tranquillū**. **Dicta**
 sunt multa: inuentæꝝ plures ad negandū causæ. **Demum**
 orauimus ego **Camillus Brutus** & **Sempronius** adeo **Ti**
 tum: ut & mutuos dederit quod petebat: neq; promiserit
 modo: sed nobis tradiderit corā: & cōmodatos illuc alla/
 tos: & illinc **Pōponij** traductos domū libros parit̃. **Nō** ml/
 to post petijt **Titus**: cū alio p̃fecturus **Pōponius** esset: ut
 publico sibi de hisce rebus fides fieret documento: nosq;
 quorū fuerant hæc intercessionib⁹ facta: cogeremur reni/
 tentē etiam **Pomponiū** hoc facere. **Nequiūimus** hæc sua

TITVLVS XXXV

dere **Pomponio**: quippe cui uideret ante diē ad restituen-
endam pecuniā reddendosq; libros designatā: se nihil de-
bere **Tito**: quo posset iure cogi cū ei semel crediderit: nec
deterior factus sit. **Hæc certa sunt. Aduocate etiā testes**
illos. **Ex mediolano. vii. Kalē das Martias.**

¶ *Synonyma testimonialia.*

Res hæc sic habet ut tabulæ docent publicæ.

**Nihil hac in causa dici potest aliud: q̄ quod mea legi po-
test epistola:**

Vera sunt omnia quæ testimonio firmaui meo.

Neq; prece nec precio dixi: nec odio nec amore.

Censui deum interfuisse testimonio.

Summā arbitror testificandi religionē.

Qui fidē testimonijs frāgit: nequit nō esse uir nequissim⁹.

**Quid magis impiū existimari debet q̄ irreligiose testimo-
niū dicere: cui præsumt numina?**

Qui peierat testis: deos omnes habet ultores.

**Quæ sunt a me testimonio tibi dicta: in tuāq; conueniunt
causam: dicta nō fuissent si aliter habuissent.**

**Non sunt abs te mihi habendæ gratiæ: sed ueritati quæ
sic habuit.**

Vbi ueritas est: ibi deus.

Totū me mūdi aurū testimonio mentiri nō cogeret.

**Nulla in re delectant me mendaciæ: sed multo in testifica-
do minus.**

Expectāda est a me semp in testimonijs ueritas.

**Nihil arbitror esse in uita religiosius & fide obseruātius q̄
cū testimonijs imutata dicit ueritas.**

¶ *Titulus. xxxv.*

¶ *Lamentatoria familiaris.*

**Possum hoc existimare supos ferre: ut neq; pietati apud
te loc⁹ sit nec religioni? Me fratrem fefellisti: ac iurat⁹ pmit-
tens asseuerans. Scio illud Ouidianū in usu: Fratrum quoq;
gratia rara ē. Nec excidit e memoria: Fratrum primi ma-
duerunt sanguine muri. Sed ego me quasi peregrinū ad
primo**

**Ouidius. j.
metamor.**

**Lucanus in
primo**

te. cōtate
de. ac do
dam: Q
Que. a
te. quon
mentali
hominū
dam nō el
uat. a. d. te
igit. lo. qu
nō. l. rual
dolano.
Quera
bi. dol
certe.
nus. d. l.
rendo. a.
li. Ex. Me
Ve. in. qu
re. Plutar
maximo
peccat
hū. i. ex
emplo
ges. ali
Simon
nebit.
Syrac
facileg
& eius a
tandē a
emplo q
uā. tam.

te cōtulerā. Promisisti te nibilo me decepturū: omni frau-
de ac dolo nixus es. **Q**uid est reliquū: ut cuiq̄ amplius si-
dam? **C**onfusus tuæ fidei fraudatus sum. **Q**uo confugiā?
Quē aduocem arbitrum? **F**rater es. In me dico: si quid in
te queror. **A**belus **C**aynusq; iisdē parētib⁹ nati sūt: nec ta-
men aliū pietas coercuit ne cæderet aliū. **P**rob deum atq;
hominū fidē: tantū facinus fratrē nitī. **N**ūc ego mibi uiue-
dum nō esse amplius reor: cū nō ampli⁹ inter homines ui-
uat at iter imanisimas quidē & implacabiles feras. **C**ura
igit̄ si quid tibi supest humanitatis: ut serues qđ hactenus
nō seruasti: ni malis apud oīs semp me lamentari. **Ex Me-**
diolano. vj. Kalēdas Martias.

Lamentatoria familiarissima.

Querar ne primū tuā fraudem: qui decoquisti? **A**n rē mi-
hi dolo sublatā: quā tibi tā liberaliter cōmodauit? **V**trūq;
certe me cogit acriter lamentari: ni tu puides: ut tacitur-
nus & famæ tuæ consulā & indēnitati. **N**am si sum i que-
rendo asperior: habebis homines hostes atq; deos. **S**an⁹
sis. **Ex Mediolano. v. Kalēdas Martias.**

Lamentatoria Grauis.

Væ inquit homini **S**aluator: p quē eueniūt scādala. **Q**ua-
re **P**lutarclus: cōsiderādos hominū ait gradus: & quod a
maximo fiebat pessime: min⁹ tolerandū uideret: q̄ si quid
peccasset uabemētius minor. **A** magnis em̄ (ut **P**lato uo-
luit) exempla peccandi sumūtur: cū qui errare cupiūt: ex
emplo maiorū gaudeāt. **Q**uobrem **L**ycurgus iussit: qđ re-
ges alios seruare uolētes: seruarēt ipsi primi. **Q**uis em̄ (ut
Simonides recte dicit) agnos edente pallore: lupus absti-
nebit? **A**t ille princeps **S**iculorū: qui tyrānus est deinceps
Syracusan⁹ appellatus: nō abstinebat furtis: nō rapinis: nō
sacilegijs: quin in **A**esculapiū & eius aureā barbā: in louē
& eius aureum amictū: in aras & easq; aurea uasa cauillatus
tandē a superis in successiōe multat⁹ est. **I**nterim hui⁹ ex-
emplo quot didicere uacare latrocinijs? **N**ūc rursus in rē
meā tam sceleratus extitit ille **turcorū** **R**ex quem omnes

Saluator
Plutarclus
Plato
Lycurgus

admirant: quasi rerū inopia summaq; mēdicitate coactus
 sit mihi sibi de ditissimo suas urbes incolenti: suis degēti in
 monasterijs aēs meū: sarcinulasq; surripere: possū nō lamē
 tari: non angī: non macerari: **At** confidebā eius praefecto
 quaestura: fidereq; me cēsebā. **Nihil** arbitrabar mihi uerē,
 dū apud eū principē: qui tam sit opulentus: tam nūmosus
 tanti custos possessorq; thesauri. **Fide** fragus is mihi com/
 pertus est: cui plus credebam: q̄ mihi. **Queri** nunc ausim
 apud **Barbaros** agēda fuerūt mihi gratia: qd̄ abstulissent
 ab me omne meū aēs: quasi difficile quoddā ad uebēdum
 & pegrinandū onus. **Hæc** sunt igit̄ nostra tpa: hæ calamita/
 tates: hæ nos angustia subeunt: **Quo** me nūc uoluā: **Ad**
 quos potissimū querimonias deferā: **Quorū** implorē au/
 xilia: **Solebat** **Alexander** uel in alios ulcisci collatas iniu/
 rias. **At** **Romani** quotiens (uel maxima cū impēsa) reges
 suis restituere sceptris: qm̄ per populorū iniquitatē essent
 pulsī: **Querite** ab ægyptijs: a latinis: a græcis. **At** christia/
 ni uiolētias prædalsq; quotidianos: audiūt atq; uident de
 suis fieri: nec puidēt: nec adiuuāt: nec curant. **Hei** mise/
 ris hisce fatis: quæ patimur: quæ toleram: quæ non reiici/
 mus. **Quid** est reliquū: nisi ut cū uitā mihi ducā acerbissi/
 mā: hac dissolui cupiā: & (ut **Aplūs** inqt) esse cū **Christo**:
Quot eiusmodi quotidie in alios fiunt & assidue: ut **Iuue**/
nalis ait: fient: fient ista palā: cupiēt & in acta referri. **Lamē**
 tandi supest facultas hic saltem: quæ fuit apud illud mon/
 strorū genus prorsus ablatū in medijs doloribus. **Ex** **Me**/
diolano. iij. kalendrs **Martias**.

Alexander

Apostolus
Iuuenalis

Synonyma lamentatoria.

Nequeo hoc casu: non uahementius angī.

Hæc res me plurimum macerat.

Nihil hoc tpe potuit hac una re mihi molestius esse.

Quid potuisset accidere morte patris mihi lamētabilis?

Tantus est in hoc funere dolor meus: ut accessionem ne/
 queat ullam admittere.

Quā doleā lamenēq; fatis mihi surreptū eē fratē: tūc intel

TITVLVS XXXVI

liges: cū recte p̄cūctabis quātā ex eo capere uoluptatē.
Huius rei (quā nup̄ amisi) cōmoditate nulla fuit in uita mi
bi iucundior.

Coaceruatus sum hac calamitate tot lamētandi causis: ut
difficillimum dictu sit.

Fuere in me facta nō aspera solū: sed oīno imanīssima.

Tam aduersa fuit hoc tempore mihi fortuna: ut in omnē
cōciderem lamentationem.

Si quis dare querimonīæ iudex: meis quæstibus obtun
deretur.

Dies noctesq; gemo ac crucior: quando tā affectus a fratre
sum turpiter.

Lamentatio mea neq; ficta est: nec nō ex corde puenit.

Non minus langueo q̄ lamentor: cū tam opportuna mi
hi sustulerit casus: erumnaq; successerit.

Titulus. xxxvj.

Hortatoria familiaris.

Hortor ego te quidē p̄ mutua inter nos charitate: ne qd
ea in re lamenteris quæ tibi cōmunis est cū multis. **Q**uis
enim in orbe uiuit: nec eiusmodi casib⁹ est subiect⁹? **A**t cō
stantiam indue **M**arij: quē nunq̄ aiunt uel in aduersis fle, **M**arius
re uisum: uel in p̄speris ridere. **A**dmonuit nos quoq; **T**ra
gicus ille **S**eneca: **R**otat omne fatū: & rursus extat illud: **S**eneca in
res deus nostras celeri citatas turbine uersat. **N**ū irascaris hercule fu
aut quereris in superos? **A**t eorū aut iussu aut p̄missione
fiunt hæc oīa? **Q**uid si tuū aliquod est p̄meritū in louē cri
men: multo maiorem acerbiorēq; p̄enam? **E**go te hortor

ad ea uirtutū munera: quæ sanitatē efficere dicebat **S**tra/
Stratonic⁹
tonicus. **N**am cū est p̄turbata mens nostra uel cupiditate
uel dolore: succurrit philosophia facitq; ualitudinē bonā.

Ad hanc te hortor quæ uirtutū est plenissima: quibus q se
dedit: nequit dolere: nequit nō lætus ac iucūdus esse. **V**a/
le. **E**x Mediolano. iij. kalendas **M**artias.

Hortatoria familiarissima.

Ad uirtutē ego te hortor: ut eū te præstes quē te parētib⁹

Virtus

debes ac patriæ. **N**ā a cunctis expectaris uir clarissimus: si tuis a maioribus non es futurus degener. **Virtus** te nedū beatiorē deniq; reddet: sed uel interea lætiorē. **Q**uid est eī iucundius cuiq; uiro bono q̄ fm uirtutē uiueret? **A**dimit ægritudines uirtus: rationē p̄ sanitate bonaq; mentis ualitudine subministrat. **Q**uare nō iniuria **S**toici dicebāt: **C**ui uirt⁹ sit: ei nihil deesse ad bene beateq; uiuendū. **V**irtus sit tibi semper comes. **V**ale. **E**x **M**ediolano pridie kalendas **M**artias.

Hortatoria Grauis.

Hieronym⁹
Paulus
Epimenides

Iussit **H**ieronimus adbortari nos alterutrū ad charitatis opera: ut illud seq̄remur apostoli **P**auli: **A**lter alteri⁹ onera portate. **A**t **E**pimenides poeta dixit: **H**ortatur quicūq; animos ad honesta pudicos: chalcar equo stimuluq; bono cōmisit: at illis quos fouet ingeniū puerfa mente malignū: præceptoris opē: uimq; impartit amici. **Q** & si scio q̄ sis tua sponte uel sine hortatione ulla deditus pietati: non est tñ absurdū ut te hortet: ne deseras patrē seniorē: matrē anū: sorores inuptas: **F**auendū est semp genero. **Q** si ut uult **C**hrysostr⁹: nudo uestimētū debes iussu dei: ac egenis reliquis ea quæ cogunt mendicare: quāto plus ea debes parētibus ac tuis in quos primū ut propinquitatis: ita charitatis est gen⁹. **A**t lex naturæ (quā & diuino uerbo non nescis fuisse **M**osi traditā: ut referret populo: & **T**obiæ præceptis **T**obiolo filio datam) te hortat: **Q**uæ fieri tibi uis: alijs facias: **E**t proximum tuum sicut te diligas: **N**e quicq; in alium cōferas: quod in te nolis conferri. **Q**ua cupis igit in te filios aliqñ pietate fore: hac tu prim⁹ in parētes utere: **Q**uodq; impietatis hos effugere uis gen⁹: idem effuge. **N**am ut illud docet **I**uuenalis iniquiens: **C**ondere ficedulas didicit nebulone parēte: a patribus pueri discūt a matre puellæ. **T**e igitur hortor: sis in uirtutis disciplina tā sollicitus: q̄ decet eum esse qui gloriæ sit cupidissimus. **Q**uid potes in hoc orbe cōsequi sine uirtute: quod nō cōtinuo delabat: concidat atq; corruat? **A**t disciplina te do-

Chrisostomus

Lex naturæ
Tobias

Iuuenalis

cebit mores: uiuendi rationē: quæstus ac laudis uia. **H**or-
tor autem super omnia te ad nominis tutandam amplitu-
dinem. **N**am qui scdm græcorum prouerbium: **A**nonymes
funt: obiere iam dudū. **E**t ut **G**regori⁹ ait: uersant in tene- **Gregorius**
bris. **A**d eam te hortor quærendā supellectilē: quæ ditissi-
mos exprimit: & nunq̄ deficit. **H**æc si sequeris: & me hor-
tantē audies: nō pœnitebit te unq̄. **B**ene uale. **E**x **M**edio-
lano kalendis **M**artijs.

Synonyma hortatoria.

Nihil est qđ te magis q̄ hoc deceat: ad qđ te sum hortat⁹.

Ad ea te hortor quæ tuæ consulant dignitati.

Adbibe tuis (me hortante) parētibus omnē diligentiam.

Omnis erga te adhortatio mea in uirtute sita est.

Si me audis: esto in patrē pientissimus.

Si uis q̄ diuissime ac foelicissime uiuere: fac ut matri apud
te nihil deficiat.

Ego te ad doctrinā consequēdam hortor.

Cura si me amas: ut mea hæc omnis ad disciplinā adhor-
tatio tibi sit non inuicūda.

Nulla re plus debes (me hortante) delectari: q̄ ijs studijs:
ad quæ te sum hortatus.

Vbi nullā frustra triueris tempus (qđ te hortor) assidue
matorē concipis uoluptatē.

Tanto eris assidue lætior: quāto meis diligentius parebis
hortatibus.

Quo te uæhementius amo: te magis ad uirtutē hortor &
gloriam immortalem.

Nihil ē unq̄ tibi de futuro: si meā nō negligis adhortationē

Cum sollertius incubueris adhortationib⁹ meis: eris & di-
tior & excellentior.

Ornabis domū tuā omnē: nisi meis defueris hortatibus?

Ad ea te hortor quæ uideor te partum: unde laudem in-
credibilem consequaris.

Cum cætera quæq̄ in orbe uana sint: uirtus (ad quam te
hortor) est & perpetua & diuina.

TITVLVS XXXVII

¶ Titulus. xxxvij.

¶ Consultatiua familiaris.

An ducēda
sit cōiunx.
Plato

Quæris a me quid sentiā: sit ne tibi ducenda cōiunx? **Cō-**
sultatiuū hoc q̄ attingit dicendi gen^o: ut sit omnino prudē
tissim^o: oportet: ut inquit **Plato**. Sed ego familiariter hęc
paucis. **V** uxorem qui non ducit: aut uitā cælibē p̄fiter: aut
incestā. **S**i turpem in mœchia incestuq; uersat: quid attē/
ptet ipse uiderit: nihil certe sancti: nihil boni. **S**i uirginita/
ti seruit: a mūdo abest: sibi ne uiuendū sit soli: an & patriæ
simul & suis. **D**oceant **Stoici** dicentes: **H**omines hominū
causa p̄creatos. **D**oceat **Aristoteles** inquiens: **N**aturā sibi
factum p̄curasse: ut species cōseruaret. **D**oceat **Plato**: nō
nobis nos solis natos ostēdens: sed patriæ: parentibus: li/
beris. **D**oceat **Aureli^o** cū ait: **N**ulla alia de causa nubit mu/
lier: nisi ut mater fiat. **D**oceat demū **S**aluator christus: qui
non solū nō p̄hibuit nuptias: sed ad eas inuitatus accessit
illascq; miraculis illustrauit. **C**onsulo igitur ut nubas: sed ei
cum qua illud inuenias **N**asonis: **S**i qua uoles æque nube/
re: nube pari. **D**uc uxorem nō uirum. **B**ene uale. **E**x **M**e/
diolano. vj. **N**onas **M**artias.

Stoici
Aristoteles
Plato

Augustin^o
Christus

Ouidius

¶ Consultatiua familiarissima.

Aristoteles
Cicero

Si bonis ducā auspicijs tibi mercandū: me cōsulis: **E**go sic
sentio: qđ ab **Aristotele** dictū in nostrū incidit **C**iceronē:
ut quā quisq; norit artē: in ea se exercent. **E**x tuis maiorib^o
mercaturæ uacauit nemo. **T**e primū hoc officium & uitæ
genus aggredi: nō probo. **V**ult em̄ mercatura uirū & alijs
negocijs nudū: & uariarū gentium atq; rerum peritissimū.
Tu uero & urbem patriam alio p̄fectus nunq; deseruisti:
& habes familiæ tantū onus: ut uix quotidianis uaces ci/
bis. **M**e tenes. **V**ale. **E**x **M**ediolano. v. **N**onas **M**artias.

¶ Consultatiua Grauis.

Vis cū turcis militiam pacisci tuam: potius (ut dicis) q̄ inē
christianos expers uiuere dignitatis. **C**ōsulis me quid sen/
tiam: qui te amo. **A**mo inq; te plurimum sed hęc consul/
tatiua ratio longe ab me abest: fugiuntq; me uahemētius
consultatiui generis argumēta. **S**ed cogit me studium er/
gate me
pter ille
uetul
bus offi
cōs
cōm
cōm
dū
pax ille p
alenu
tibus rel
riates li
nem cro
uis alio
fese. N
carū.
formie
phano
de ne
cogit
tū on
atq; crude
nihil unq
Bolind
pau
tantū
es dile
accidit
Hic te
tui cōst
nō spe
diolano
A patria
Patriæ dī
Nihil cum

TITVLVS XXXVII

ga te messi: sententiam aperire. **Cretensium** leges: quas **Iupiter** cre-
 uetustiora dicebat & priora nos patriæ debere: quæ parētibus officia: post supos scilicet prima. **Nā & Plato: & Stoici: & Cicero** affirmant patriam esse quæ nos aluit: nos educavit: nos in sede ac statu locauit. **Hostes** autē natura insectamur duce: ut neque igni cum undis: nec terræ cum cælo pax esse possit ulla. **Quis** igitur tam iniquus est: & ab omni alienus humanitate: ut prætermissa patria: desertis parentibus: relictis filiis: reiectis propinquis: cum hostibus conueniat: eis sit præsidio: illos adiuuet? **Maluit** regulus ad omnem cruciatum & interitum redire demum: quam ut patria captiuis aliquot **Africanis** potentioribus priuaret. **Pro** patria sese **Mutius Chocles: Decij duo: Fabij triceti** morti dedicarunt. **Pro** patria **Clearchus** nihil metuit. **Alcibiades** nihil formidauit. **Tu** contra patriam arma capies: pro impio prophanoque **Mahometo** dimicabis contendesque cum tuis? **Vide** ne id ut nefarium factum esset: sic etiā dictum sit foedissimum: cogitatum perniciosissimum. **Ille** barbarus est tyrannus: ex partibus oriundus: matre **Scythica**: ex utrisque partibus dirus atque crudelissimus: & cui præter humanum sanguinem fuit nihil unquam uoluptuosum: quasi **Lycaon** edant hospites: aut **Buliridi** imolent. **Tu** uero latinus optimis humanissimisque partibus cretus: quid potes cum ea fera conuenire: a qua tantum abest mansuetudo: quantum a nostris imanitas? **Nō** es dilectus in patria? **Cui** uiro & ueteri & bono non idem accidit? **Quot** exultarunt philosophi? **Quot** uiri fortes? **Hic** te moderare: tolera: fer patienter: ut & cognoscant te tui constantissimum: & aliquando inter tuos consequaris: quæ non speras. **Hæc** ego: **Tu** me audi: & tibi impera. **Ex** **Me** diolano. iij. **Nonas Martias.**

¶ **Synonyma** consultatiua.

A patria ne dissentias.

Patriæ dignitati serui.

Nihil cum patria tibi sit dissidij.

Leges cre-
tensium
Iupiter
Plato
Stoici
Cicero

Hi p patria
discrimen
mortis sub
ierunt

TITVLVS XXXVIII

Cum urbe tua sit tibi uel mens ipsa cōmunis.
Patriam reliquis præfer omnibus.
An̄te omnia patriæ faue.
Consule patriæ dignitati: si sapiſ.
Nisi inſipias: nihil afferes patriæ detrimentū.
Si cū patria ſenties: terris cæloq; gratiſſimus fiet.
Nulli prius debes q̄ patria.
Patriam tueri: te docent humana & diuina iura.
Nihil potes ſine tuo ſummo dedecore nocere patriæ.
Fac ut patriam imprimis ſerues.
Prima deo: proxima debes officia patriæ.
Nulla res tanta eſt: qua maiorē nō debeas patriæ.
Patriā ſi fugis: parentes omnes fugis & p̄pinquos.
In reliquos ſtudioſus eſſe potes: i patriā colēdā nō niſi p̄.
Qui deſerit patriā reus eſt ſibi ſuæ necis.
Perinde peccas relicta patriā: ac interempto tuo genere.
Nullū eſt ſcelus cū deſertiōe patriæ cōparandū.
Cum pietate in patriā nullū eſt uirtutis cōparandū gen.
Si uir bonus & eſſe cupis & haberi: fac ut imprimis diligēter ſtudeas patriæ c̄baritati.

¶ Titulus. xxxviij.

Accusatoria publici criminis familiaris.
Nō quia uelim uir malus accusando cēſeri clariffime prætor **Antoniu** accuſo criminis publici: ſed ut meo ſatisfaciā officio: qui cauſis præfectus ſum publicis aduocat⁹. **T**unc em̄ (**Lycurgus** inqt) regi iure ciuitates: cū neglecturus nemo foret quæ ad ſe attinerent. **L**æſit iſ igit̄ uirginē **V**eſtalem: in cuius uiolenter ingreſſus cellulā: a tribuno (qui ea de re admonit⁹ ab me fuit) captus eſt. **S**ed **C**lodiu illū ſuperauit: qui auſus eſt uelle bonæ deæ templum uiolare. Iſ enim in iudiciū accerſitus ſui criminis. **H**ic ita pecunia tribunū ſuoſq; occupauit milites: ut cōtinuo dimiſſus liber tati reſtitut⁹ eſt. **H**uius ego hunc duplicati criminis accuſo tibi: & quod ſacrum uiolauerit **V**eſtæ: & quod corruperit tribunum: hortorque ac rogo: & inſtantiffime pu

Lycurgus

nat: poſte
 fiat mul
 nihil ad
 interced
 Depre
 peccat
 domi ubi
 ſerore ill
 expreſſi
 præditi
 intereſt
 igitur
 pariter
 die No
 Non in
 præſer
 ues accu
 ſerent im
 & public
 quos publi
 uideret
 totiq; e
 quos id
 colſcript
 ea ſequi
 uocadit
 ut illud
 Et Cic
 genes ell
 & Anton
 impunit
 officij culp
 ſum. Sed

TITVLVS XXXVIII

niae postulo. **Ad** hæc autē ne tribunus insolētiō posthac fiat mulctet: oro. **Nā** nisi eiusmodi coercerent appetitus: nihil ad curiā deferret. **Rem** habes & æq̄ssimus es: & ego intercedo. **Ex** Mediolano. iij. **Nonas** **Martias**.

¶ Accusatiua publici criminis familiarissima. **Deprehensus** est cum **Gloriæ** in lecto **Antonius**: finxit se præualitudinarium. **Alter** erat sibi apud eandem lectulus domū: ubi cū cōiuge consueuerat esse. **At** absente uxore sororē illius adiit. **Quid** inde nedū suspitionis: uerū etiam expressi criminis intelligatur: satis cognoscis: ut es omniū prudētissimus iudex. **Ego** tribunatum (ut scis) gero. **Mea** interest quos in publico deprehēdi crimine: accusare. **Fac** igitur: ne in suo tam graui scelere glorie. **Neu** putent alij pariter peccare: licitū esse. **Bene** uale. **Ex** Mediolano pridie **Nonas** **Martias**.

¶ Accusatiua publici criminis grauis. **Non** iniuria decreti sunt a **Solone** **Atheniēsi**: qui publicis **Solon** præessent criminibus accusandis: ne quos amici aut sui ciues accusaturi nō essent (ne simili casu uel ipi accusarent) abirent impuniti. **Scauola** uero hui⁹ & urbis indemnitati **Scauola** & publicorū scelerū mulctæ præfecit delatores publicos: quibus publicos errores accusantibus partē noxæ censors traderēt. **At** hodierni cæsares fiscales decreuerūt aduocatos: qui eidē instarent officio: nec recusare quidē possent ad quos id muneris deferret. **Cum** me igit̄ delegerit̄ patres cōscripti: quis inuitum: qui fisco præsim: non possum non ea sequi: sine quorū insectatione uenire nō infamis modo uocāndus: sed negligētix: quin & doli mali plectēdus. **Nā** ut illud est **Senecæ**: **Qui** nō prohibet iniuriā (cū pōt) facit. **Seneca** **Et** **Cicero** ab **Aristotele** usurpans: alterū inquit iniusticiæ **Cicero** genus esse: cū qui potest iniuriam non prohibet. **Ne** igit̄ & **Antonius** in sua se malicia tacet: & alij proposita huius impunitate: pari culpa coinquentur: & ego prætermisisti officij culpa arguar: **Antonium** ipsum accuso læsæ maiestatis. **Seditionem** enim in populo procurauit. **Nam** cum

TITVLVS XXXIX

cuius domum duodecim conuenissent adolescentes: ex ijs quidem qui primatum urbis erant filij: proposuit cenam optare cultam: post ebrietatem munera: quibus esset donaturus qui se sequerentur. **C**um illis urbem discurrir: suum facit cognomen in principis locum clamari: **Reus est mortis. Vale.**
Ex Mediolano Nonis Martijs.

Synonyma accusatiua publici criminis.

Antonius publicum commisit adulterium.

In incestu publico Antonius deprehensus est.

In aperto flagitio captus.

Flagrantis homicidij accusatur.

Tam palam peccauit ut negare nequeat.

In re apertissima suae culpae nullam potest causam adhibere.

Crimen eius est omnibus coram.

Tantum hoc & tam publicum scelus quis non accusat?

Tam est id erroris omnibus notum: ut calari nequeat.

Crimen hoc est ante omnium lumina.

Qui non tenet hoc sceleris ab hoc commissum is cuius non est

non priuata rem affero: sed uniuersis cognita.

Id sceleris est aptissimum: uel ijs etiam qui aliunde huc conuenerunt.

Etiam exterarum nationes hoc facinus tenent.

Nihil est in hoc facinore priuati: omnia sunt publica.

Qui uelit hoc defendere monstrum: is in re publica temptat.

Publicum ego crimen ad uos affero.

Reus est Antonius publici sceleris.

Ab hoc scelere absit omnis plebendorum priuatorum mansuetudo: quia publicum est.

Tam est hoc crimen publicum: ut priuati nihil habeat.

Titulus. xxxix.

Obiectiua generis uel uitae familiaris.

Sum hoc meo competitor non arbitror esse parem contentione o censores. **N**am si genus utriusque ad hanc dignitatem consequendam exquiritur: quis dubitat nihil inter nos esse simile? **I**nquit enim **S**eneca: generosa semina in hortis crescunt suis. **A**t generosum eum definit **C**icero: qui nobis

Seneca
Cicero

N gener
 unica u
 bilitat
 utriusq
 ut no in
 tribus in
 dignitate
 ceteros q
 laepe me
 nis arbi
 bus coc
 tu. Ex N

 Genus
 quibu
 ex pri
 te ligur
 sit unq
 tentalpe
 nel spero
 hoc bene
 dno. vii

 Reue q
 gentus
 nam ei
 ut & re
 generu
 ad App
 qui fec
 est: Rel
 honesto
 dentibus
 me ietur
 male dixit

TITVLVS XXXIX

li genere natus sit. **A**t nobilitas (ut ait Iuuenalis) sola ē atq; **I**uuenalis
 unica uirtus. **Q** si ob iuris disciplinā hic homo nouus no-
 bilitatus est: at parentibus est cretus ignobilissimis: In me
 utrūq; concurrīt: & qd' generosum est: & qd' nobilissimū:
 ut nō modo antiquissima sim familia clarissimisq; pgeni-
 toribus natus: sed & iuris insignis magisterio: & equitatus
 dignitate sim. **D**e moribus aut nostris fama iudicat: uosq;
 celores: q hūc saepe inter scorta pusionesq; deprehēdistis:
 saepe i meritorijs tabernis: me semp in pluteo uacantē bo-
 nis artibus: aut inē doctores disceptantē. **I**taq; q cōueniat
 hui' cōcurratio: quicq; nostra cēsura iudicaturi sitis: babe-
 tis. **Ex Mediolano. xvij. Kalēdas Aprilis.**

Obiectiua generis uel uitæ familiarissima.

Genus meū nobile: huius est ignobile. Is bubulcis nescio
 quibus satis abiectis ac mercenarijs natus: **E**go parētibus
 ex primis urbis huius familijs. **C**oniunx mibi ex nobilita-
 te ligurum: huic ex infima gallorū plebe. **V**itæ ratio quæ
 sit utriq; iam quis ignorat: **H**ic sorbilandis cyathis: deglu-
 tiendisq; obsonijs terit tempus: **E**go si quid ocij ab actio-
 ne superest uersor in studijs. **Q**uā igit cōcurrat mecū ad
 hoc beneficiū impetrandū cōmode: tu uideris. **Ex Medi-**
olano. xvij. kalendas Aprilis.

Obiectiua generis uel uitæ grauis.

Recte quidē & peritissime uoluit **S**ulpitius censorib' dili- **S**ulpitius
 gentius cōsiderandū: ubi magistratus legendus foret: qui
 nam essent nobiliore genere melioribusq; morib' ac uita
 ut & reliqui ad bene uiuendum inuitarentur: & ignobiles
 generis rusticitatē uirtute niterentē supare. **C**obrem cū
 ad **A**ppium censorē deferret cuiusdam ignobilis nomē: **A**ppi' cēfor
 qui fœnore ditatus esset: **E**x qua inquit familia cretus hic
 est: **R**espondentib' fautoribus: ex proximo agro **A**rpinī
 honesto genere natus. **A**t q uita cōsuetudine: petijt: sub-
 dentibus pecuniæ cūmulandæ operam adhibuit: pecu-
 niæ igitur præsit: ait: non ciuitati. **L**abeo nō pauperem se **L**abeo
 malle dixit præficere magistratui bonum: q̄ malū diuitē.

Iuuenalis in
umbricio

Quid cum in alium utrūq; cor uenit: in aliū neutrū: Duo nunc sunt in prætura competitores o princeps æquissime ac sapientissime: quorū alter Antonius abiectissimo genere: uita pessima: moribus perditissimis: alius nobilissima familia: ratiōe uiuendi nulla sceleribus deditissimus. **I**s ut Iuuenalis ingt: quota portio fecis **A**cheæ: nescio quo natus **A**lexi pedite olim tuo: quē q̄a fuisset crassator nefandus tuo iussu furcis prætor suspendit. **A**t uita q̄ sit patris hic moribusq; minime dissimilis: hinc liqueat qd̄ ex omnibus fere Italæ urbib⁹ exulat ob flagitia. **A**libi furta cōmissit: **A**libi cædem patrauit: **A**libi uiolauit hospitem: **A**libi falsus inuētus est. **N**ullibi esse potest: nisi ppter patrē hic ubi memoria p̄ris eū deberet assidue pterrere. **A**t **L**ælius qui hunc poscat magistratū est generosa domo satus: patre qui tuus senator æquissimus diem obiit faustissime: in summa rerū oim fœlicitate: quē sic imitatus est: ut ipse p̄meritus sit apud te senatum. **Q**uo quidē loco tā modeste se gessit: tam est dilectus oib⁹: imprimisq; tibi oim prudentissimo: ut uel hac sola ratiōe bonis alijs & præclaris uiris in huiusmodi cōcursationib⁹ præferri possit. **V**ita qua sit: quis morib⁹: inde discat: qd̄ aut studet: aut docet assidue: aut iudicat: aut de bene beateq; uiuēdo cum philosophis theologisq; cōmentat. **H**ic tibi deligēd⁹ est: quē prætorē designes urbanū optime princeps. **A**ntoniū similit̄ beluæ in suā perniciē reijciēdæ: abs te pelle. **V**ale. **E**x **M**ediolanō. xvij. kalēdas **A**prilis.

Synonyma obiectiua generis uel uitæ.

Hic est abiectio genere natus.

Moribus hic est perditissimis.

Nulla in hoc cognosci pōt familia nobilitas.

Nihil est in huius uita laudabile.

Omnia sunt in hoc morū malorū signa.

Squalet hic omni generis ignobilitate.

Nibi est tā obscenū qd̄ in huius nō fœdeat uita.

Cū sit hic genere obicurissimo: tū uita longe inferiore.

Vinib
tas or
Hic u
Habe
in gen
Cæcil
Sibou
Tambic
Abiecto
Vestig

lritat
tibi n
probe
dider
loque
hoc ab
habere
obscip
gram ex
tante a
be ut lib
intellig
ris aliu
ris fer
Kaler

Cura
te mea
ris lög
tate me
& me o
Si qd̄ ali
dū es m

TITVLVS XL

Vt in hoc monstro dom^o antiq^{tas} est nulla: ita uitæ iniquitas omnis superest.

Huic uetusti^o nihil ē scelerib^o: noui^o aut̄ nihil parētib^o.

Habet hic bubulcus mercēnarius tm̄ in uita laudis: quātū in genere nobilitatis.

Quæbet hic a generosis: tā ab om̄i uirtutis laude.

Sūt huic ignobilia cūcta de decorosaq; cōmunissima.

Tam hic est bonus: q̄ nobilis.

Abiecto genere natus: abiectissimā degit uitā.

Vt est ignobilis familia: ita uita qdē pniciosissima.

¶ Titulus. xl.

¶ Pacatiua familiaris.

Irritatus es in me: qm̄ delatum est ad te quidem falso: me tibi nescio qd succensere. **V**ide **Senecam** non minus im/**Seneca** de probantem: quod credat̄ facillime: q̄ si princeps nihil cre clementia diderit. **Q**uid si non audebit me corā delator ille qcq̄ proloqui: **Q**uid si pessimo in te aīo dubitās accusari: præuenit hoc delationis gen^o: **A**t sequere illud **Martialis**: & delator **Martialis** habet: qd̄ dedit exiliū. **E**go tamē tuus sum seruulus: tibiq; coquus ubicūq; uixero: deditissim^o: nec tā me coges ab urbe longum exulare: q̄ ego te sp̄ habebo ante oculos: nec cuiq̄ cedam te amando: te colēdo: te numinis instar uenerādo. **I**ube ut libet: parebo ut iusseris: quoq; longius abero: facilius intelliges q̄ essem tibi utilis domi: q̄ fidus. **N**ulla in re poteris alius esse mihi semp princeps meus: semper deus in terris: semp habēdus ante oculos. **V**ale. **E**x **Mediolano**. xv. **Kalendas Aprilis**.

¶ Pacatita familiarissima.

Cura ut uelis: amabo te semp: nec tua de me merita e mē/te mea delebit ulla t̄pis diuturnitas. **N**on sum ingrati^o. **P**luris lōge facio qd̄ me amaris: qd̄ mihi faueris: qd̄ in calamitate me nō deserueris: q̄ nō doleo qd̄ illis in me credas: q̄ & me oderūt: & te nō amāt. **S**unt em̄ pditissimi delatores. **S**i qd̄ aut̄ errati: qd̄ castris ad designatā nō inēfui diē: pacā dus es mi dux facillime: tū qd̄ culpa mea non est pctm̄: tū

n

quod si etiam peccatū est: ut es omnium humanissim⁹: debeas ignoscere: ut in multo maioribus grauioribusq; peccatis soles. **Erraui: fateor: Sed ut illud est Senecæ: caret hic error culpa. Imbribus sum prohibitus istuc ire. Flumina intercluserūt iter meū. Parce mi princeps. Sis in me pacatus: sis qui soles in tuos. Bene uale. Ex Mediolano. xiiij. kalendas Aprilis.**

Pacatiua grauis.

Nihil est: quod facilius fieri posse uideat̃ uiro docto: q̃ pacet̃ boni principis animus in aliquem odio concitatus.

Cicero Sic enim clementiam Cicero definiuit: ut sit uirtus: quam anim⁹ in alicuius odiū concitatus comitare refouet̃. **Q**si turbati principes non pacarent̃: q̃bus esset uiuendū apud illos: **N**on illi tūc reges: ut dixit **Homerus: uocarent̃: sed tyranni. At tyrannos Plutarchi Pittac⁹ ille similes uult esse ferax̃ implacabiliū. Nam si natura uel inter immanissimas uoluit esse feras nonnullas etiam quæ mitiores effici possent: ut Plinius docet: qd est in homine dicendū qui mansuetissimus est: Quid in principe: in quem (ut Cleobolus inquit) sperant subditorū omnium mentes: & a cuius salute populorum omnium suæ fidei mandatoꝝ pendet salus: Iratū esse te mihi: factus sum hodie certior: quia **Fabiū interemi. Quid si nō interemissem: Certe nūc ego non uerem. Scio tibi rem intellectam: ut fuit: nec in ea enarranda tero tempus. At q̃a me accusas malitiæ q̃ cū potuerim eo crimine abstinere uoluerim. Dicis em̃: Cur non uerti/ sti ad eius insolentiam terga: Cur non fugisti: Poteras id efficere commodissime: pacandus es mihi animo magno: sed non æquissima iratus mente: si pace tua dici potest. Quē ego sum apud te locū assecut⁹ mi princeps: Militis. At qualē se præstare miles debet: Forte: infractū: nō meticolosum: periculorū tolerantem. Hæc quotiens non seruassem: poterā abs te uilitatis accusari atq; pelli: ut **Cyrus dicebat. Inobseruantissimus aut̃ horum semper extitissim cum inuadentem me quēq; duellūq; poscentem profu-******

gilem
me cor
us q̃
pron
Hac
cent
gile. Ve
mēta fa
me in m
omnis a
cabellit
ita tibi
manu
qd eg
ditib
filiū
plicij
temi
xij. ka
Ne is it
Redim
Præta
Nolum
Ehron
Exhib
Tua
Te q
Facu
Ira tu
Vite
Pauer
Nihil
Tam g
maior

gisssem aut nō iucūdiſſime admiſſſſem. Ad hæc uero quot
 me contumeliarū conuictiorūq; confecit is generibus: pri-
 us q̄ arma exercuerim? Quo me min⁹ uidebat ad telum
 pronū: eo inflammabat in me magis: fiebatq; petulantior.
Hæc improbas: & ego nō ſolū improbo quæ tibi non pla-
 ceant: ſed deteſtor acerbiffime cupioq; aſſidue non exe-
 giſſe. **V**eꝛꝛ ut illud eſt Agathonis. **V**no ſolo priuat⁹ deus:
 infecta facere quæ facta ſunt. **V**iſ ne princeps humaniſſi-
 me in me unū inhumanus inexorabilisq; cognoſci: cum in
 omnis alios uel illos qui longe maiore fuere in delicto pla-
 cabiliſſimus fueris? **V**ide ne ut hoc mihi mortem afferat:
 ita tibi cedat ad famam. **C**um me deles: op⁹ deles tuarum
 manuū: quæ: ut **P**ſalmiſta inquit: plaſmauerant me. **Q**uic-
 qd ego ſum: ex te ſum. **A**t non malus dices. **I**d quoq; non
 diffiteor. **S**ed aliū ego: q̄ te: patrem non noui. **A**t patri in
 filiū: ut **T**erenti⁹ uoluit: pro maximo delicto paululū ſup-
 plicij ſatis eſt. **P**arce ſeruo mi princeps fideliffimo: pacatū
 te mihi redde. **N**e ſis dirior: fac ut exorē. **E**x **M**ediolano.
 xiiij. Kalendas **A**prilis.

Agatho

Pſalmiſta

Terentius
in beaution

Synonyma pacatiua.

Ne ſis iratus mihi.

Redi in uiam pacis.

Præſta te mihi qualē ſolebas antea.

Noli in me dirior eſſe: q̄ in reliquos ſoleas.

Eſto mihi mitis.

Exhibe te benignum.

Tuam humanitatē ne deleat mea culpa.

Te quæro in me pacatū.

Fac ut pacatus me ſerues.

Ira tua mortē: mens pacata uitā mihi quærit.

Vt iracūduſ me terret: ſic pacatus me ſolus aiaſ.

Paueo tuā iram: pacationē cupio.

Nihil eſt quo tibi plus appetā: q̄ pacatus ſis mihi.

Tam gaudeo te pacato: q̄ qua uoluptate nulla poſſit mihi
 maior ſuper-eſſe.

Vt tuus furor solus est (q me cædit) sic ubi pacat⁹ ad me re-
dis rediuuus uideor.

Redi mi princeps in tuā innatā benignitatē.

Peccaui fateor errādo: sed tu ne pecces te nō placādo.

Qlonge abes ab omni scelere: tam absis a te non pacan-
do tuis seruis.

Redde te mibi mi princeps pacatissimū.

Titulus, xlj.

Confirmatiua familiaris.

M. Carbo

Quia nihil potuisse dicitis o iudices istic causidicos agere
meo nomine: nisi confirmē quæ sunt ab ijs acta: **I**ta em do-
cetis **M**arcū carbonē iuriscōsultū statuisse. **C**onfirmo quæ
gessere singula quādoqdem illos scio mibi effecisse: quod
mibi non conducat. **Q**uod accepturi sint aut ab ijs (q mi-
bi debēt) pecuniā meā: idq; ab me uultis cōfirmari prius: q̄
accepta sit: non uideēt faciendū: ne possit postea nō tradi.

**Exceptō nō
numeratæ
pecuniæ**

Sed qa uos cautos esse ostēditis: secus nequiri fieri: cōfir-
mo id etiā: ita qdem: ut quamcūq; pecuniā is acceperit: ea
tradaēt **S**empronio fratri meo: ipsi uero debitores ex nūc
put ex tūc dicant absoluti: quā si fraudauerint nec dede-
rint: spe futuræ numerationis dicaēt hęc cōfirmatio facta:
competatq; exceptio nō numeratæ pecuniæ. **E**x **M**edio-
lano. xij. kl. **A**prilis.

Confirmatiua familiarissima.

Qui hęc epistolā tibi reddidit: istuc iuit meo noie futurus
causidic⁹ & pcurator i re mea. **E**t qm sine mea cōfirmatio-
 cebat se parasse: ut suo traderet **S**alualalio. **S**ed non ante
 octauū kalendas quintilis tradere posse: sic esse ab ijs ordi-
 natū: qui haberent in his rebus arbitriū. **H**oc eos decepit
 multo magis q̄ & sequebant̄ hūc impatorē: & ei pecunias
 dabant mutuas: q̄ uiderēt thesauros: a tantaq̄ regina at-
 dirent ei bæluxæ paratos. **S**ed uide: q̄ soleat in ijs esse dili-
 gens dæmon: quæ ad homines fallendos attineant. **C**um
 iam per uniuersam **I**taliā audiret̄ hæc fabula: in uulgoq̄

TITVLVS XLVII

increbuisse hæc uox: apud sapientes minime crederet: res tamen sic haberet: ecce diui Ioannis diem festum: quo pecunia ex thesauris amplissimis illis debebat in militiam diuidi: ex qua omnes erant futuri quiditissimi. **C**onueniunt illi cum Salualalio cuncti lætissimi: ad expugnandosque superos imperatoris iussu paratissimi: modo illi uisum foret: ut gigantes fecisse fabulantur. **C**redulus quoque Salualalius non latet: exultat: ac gessit eo die se ratus fundamenta iacere ad imperium orbis occupandum: neque regina inuenire: nec fouea quidem illa. **H**iat usque quo ad eam iter erat: inquirentem diligentius. **E**o minus inuenitur: nec inuestigari quidem signum potest: ubi nam esset ille aditus. **C**um re perditam speque sublata: simul eis loci aufertur memoria. **I**llusos se uident illi. **S**unt qui uelint in eum impetu facto cedere in frustra præuaricatorem: quem putant ac præstygijs usum. **S**unt qui eos frænant: nec desperandum esse ducant: quibus minime fieret uerisimile: hunc non interim latuisse: si quid errasset: aut non in præstygijs perseruasse: si hoc sciret. **S**unt qui simplicitatem illius minus esse castigandam censeant: quam cæterorum: præ cupiditate uæsaniam: qui adhibeant illusionibus infernis fidem. **E**x ijs fuit qui dæmonis quandam retulerit hoc modo fabulam. **M**alus dæmonis olocij plurimum solet fauere uiris: illosque sæpenumero pro sua uirili obsequi. **Q**uod cum sæpe alias: tunc semel ubi miles quidam in tantam esset uitæ asperitatem redactus: ut neque per senectutem militaret: nec ei quicquam ad uiuendum necessarium subministraret. **I**s enim cum sese in templa sæpe colligeret: superosque rogaret suæ mendicitatis misererentur: tandem cuiusdam uetulæ admonitus per suasque consilio: candelas aliquot reliqua sibi emit pecunia: & accensas inter sanctorum simulacra in ecclesia depicta diuidit: cuique suam affigens atque orans suæ calamitati subuenirent. **C**um una superesset candela: diuisis cæteris: uideretque dæmonem catena deuinctum: alligatumque diui Leonardi ad pedes: **E**n inquit & tibi cæreum uotum

Gigantes in superos

Dæmonis fabula

ut non boni me solū adiuuent cælites: sed & tu stygiæ dæ/
mon. Is noctu uisus est ei militi sic loqui: q̄ te plus ego ad/
iuuem: q̄ ij cuncti: quibus tot candelas accendisti: accipe:
hic est maximus thesaurus: eum tibi dedico: hisque dictis
euauit. Miles quid faciat nescit aliud. Erat enim ut uide/
bat in prato mundissimo: lapidem non habebat: nec quic
quā quo signaret locum: mane ut statuerat rediturus: de/
ponit illic superfluum onus: credens id mane se in prato
inuenturum: inuenit quidem: sed in lecto. Hæc solet dæ/
mon. Hæc debemus providere. Cœperunt omnes ride/
re: locumq; dederunt fabulæ. Vale. Ex Mediolano quat/
to Idus Aprilis.

Synonyma fabulæ expositiua.

Hic mulier est uir effecta.

Nihil est in hac urbe cōmunius atro.

Asina peperit agnum.

In unā canem tres simiæ sunt cōuersæ.

Iuppiter in formā est fanni uersus.

Lupi solēt hic diligenter de ijs rebus prædicare: quæ red/
dere solēt oēs q̄ religiosissimos.

Vinū scio ubi ex aqua conficiat.

In Apulia sunt boues aurū effodiētes.

In Lydia dicūt formicas aurū effodere solitas.

Mulier formosissima in foeminā euasit pudicissimā.

Seneca cui nihil odiosius in uita q̄ mulier uxorē duxit.

Pueri duo facti sunt Insubria cōtinuo senes.

Si senē tyrannū audis: admirare.

Mimi acscuræ deligunt Athenis in præsides.

Romana dignitatē illa quidem censoria plurimum ab/
est grauitas.

Ab insullis abest omnis leuitas.

Nihil est in uiro doctissimo præstabilius ignorātia.

Qui disertissim⁹ dicit Cicero: nō audet se cū eloquētia cu/
iusdam cōferre noui.

Agnus apud nos candidissimus: q̄ per urbē uagabat: in ti/

grem maculatissimā uersus est.

Amic⁹ ille q̄ dormitat: oua solet in lecto sæpe cōficere.

Titulus. xlyiij.

Exemplificatiua familiaris.

Poesim inquit **S**ymonides picturā loquentē esse: at pictū **S**ymonides
ram tacentem esse poesim. **V**t enim debet poeta descri- **P**roprietas
bere proprietates rerū atq; personarū: nihilq; prætermi- **p**oetæ
tere: qđ ad ullius artis expressionem pertineat: sic pictor ni-
hil negligere qđ ad rem personamue perfecte cognoscen-
dam perquiratur. **N**isi cæsarem tibi declararit historia: nisi
post historiam ex hui⁹ re gesta: phylion omia expresserit:
qualem oporteat esse: q̄ hac aut illa est natura: quicq; hoc
aut illo uersatur in actū: nisi affectus naturales multa rerū
experientia cognoscis: nisi ea prosequi possis ul' carmine:
uel pictura singulari: qbus non recitari: aut pingi uideatur:
sed homo uideri uiuus in agenda re persistere: certe neq;
poeticam bene tenes qui scribis: nec picturam qui colori-
bus inuolueris ac tabellis. **V**t enim **H**omerus æque recitat **H**omerus
Vlyxis naufragiū: præcedentibus tempestatis signis suc-
cedentibusq; procellis. **I**dentidēq; factitauit apud nostros **V**irgilius
Virgilius at armatos ferociore inducit: censors grauior **V**irgilius
res: consules æquiores: turbam loquaciorem: sic & reliqui
debent imitari: qui poetarum nomine uelint appellari: il-
ludq; sequantur: quod apud **H**oratium est: **V**os exempla **H**oratius
ria græca nocturna uersate manu: uersate diurna. **I**d nisi fa- **H**oratius
cturi sint: animaduertant **H**oratianū rursus illud: **C**ur ego
si nequeo: ignoroq;: poeta salutor. **V**t enim recte dictum
est ac sapiēter: **Q**uā quisq; norit artē: in ea se exerceat. **S**ic
Alexandri **M**acedonis exemplo nō loquamur poti⁹ **P**er **A**lexander
sice: q̄ si loqui nesciam⁹: linguē illā profitētes: auditorib⁹ ri- **magnus**
diculo simus. **A**liorū exemplis uiuendū est. **V**ale. **E**x **M**e/
diolano. iij. **I**dus **A**prilis.

Exemplificatiua familiarissima.

Vt ignoscam **A**ntonio: rogas. **E**xemplo cæsaris: omnia me/ **I**ulius cæsar
moria teneo: præter iniurias: & ut **H**agesilaū imiter dicētē **H**agesilaus

TITVLVS XLVIII

oculos exēpla ponā: p̄ quæ possis & i luce ambulare: & in **Alexander**
 tenebris. **Alexā**der admodū adolefcēs nihil uel dicere so/
 lebat uel facere qđ a patre **Philippo** illo sapientissimo uel
 dictum accepisset uel factū: dicēs turpe uideri sibi: qui nō
 didicisset litteras: eū doctrinā p̄fiteri: publiceue docere.
At Alcibiades uir deniq; modestissimus proponebat inē **Alcibiades**
 senes quæstionem: de qua illos audiret cōmentari: bene
 ne: an male: hoc aut illud ab adolescente nescio quo dictū
 esse uel factum: nec nomen cuiuscq; aperiebat: nec suā du/
 bitationē dicebat esse illam: sed ut intelligeret illorū sen/
 tentijs quid sibi deligēdū foret. **Cyrus** aut iunior præmia **Cyr^o iunior**
 consiliorū grauisissimis proponebat senatoribus: resq; ar/
 duas quali ad se non pertinentes in medium afferebat: ut
 prius eorū audiret sententias q̄ opus aliquod aggredere/
 tur inconsulto. **Cupio** te igitur: qui mihi tū ob egregiā in/
 dolem charissim^o es: tum pro ea quæ mihi cum patre tuo
 principe optimo fuit beniuolentia: ut **Alexandrum**: **Alci**
biadem ac **Cyrū** imitatus uel nihil dicas uel facias in quo
 non adhibueris quoquo uel exquisitissimo cōmentatio/
 nis consultationis ue modo rerum omniū experitissimos:
 aut earum saltē de quibus dubitas: uiros & doctos: & gra/
 ues: a quibus uel idem factum aut dictum accipias: ut per
 eorū proficiscare uestigia: aut faciendū dicendum ue tibi
 persuadeat: quibus uti queas ducibus. **Nam** cum multa
 sint adolescentibus per uitæ nouitatē difficilia: cū id qui/
 dem difficillimū: ea in ætate: quæ perfectæ rationis est in/
 capax: non errare: non labi: non decipi. **Obrem** **Aristo** **Aristoteles**
teles: moralis disciplinæ idoneos auditores noluit esse iu/
 uenes: q̄ quis subdat non differre: iuuenem esse ætate aut
 moribus: **Et Symonides** dicat: multos ætate consenuisse **Symonides**
 qui sunt moribus admodum adolescentes. **Es** tu quidē ea
 ingenij præstantia: ut si quis ex se quicq; egregij discere
 potest & addiscere: in te hoc debuerit iam radices propa/
 gasse. **At** ea est uiuēdi rectæ parata difficultas: ut uix etiā
 adhibitis aliorum & exemplis / & institutis / & cōsilijs: qui

**Ciceronis
& Hortensij
filij degeneres.**

plurimum sapiant: satis nobis sit adiuuenti ad eam laudē capessendam comparatum: qua debemus ornati & uideri simul & esse: ut mortalem gloriam cōsequamur. Quot cū habuerint parentes eximios: præceptores clarissimos: auxilia naturæ ac artificij plurima; in pessimos nebulones euaserūt: Præter **Ciceronis ac Hortensij** degeneres illos filios: circūspice hodie multos ex omni hominū præstantium genere: quibus nihil facilius / cōmunius atq; paratius est: q̄ a suis degenerare maioribus seseq; inimicissimos ueræ laudis exhibere. **Tu** igitur nō adeo uel acumini tuo cōfidas: uel ullo ingentæ tuæ naturæ muneri: nisi omnino senum assistas lateribus: ab illis qui plurima solstitia cū uirtute uiderint: aliquid discas: ab eorū fontibus: qui uiacissima sunt sapientia: nō nihil nutrimenti haurias. **Habebis** ante oculos semp exempla: quibus nixus cadere nequeas: quorū ductu p̄ rectā uiam gradiaris: quorūq; memoria semp tibi iucūdior sit. **Eo pacto & tibi tua uita suauior fiet: & me summa quadam afficies p̄petuæq; uoluptate. Vale.**
Ex Mediolano Idibus Aprilis.

Synonyma exemplificatiua.

Casare tibi exemplū adhibe imperando.

Ciceronis in eloquētia exemplo nitere.

Fac ut in republica gubernāda **P**ericlem adhibeas exemplum tibi.

Neminem in poematis utiliorem tibi **N**asone ducito: ac **M**arone.

Velim in omni tuæ præturæ administratione: solius **C**atonis hæreas exemplo.

Noli ab eorū exemplis aberrare: qui fuere modestissimi.

Nunq̄ fallat tua te sententia: si constantia tibi **F**abriciū propones exemplū.

Eris omniū continentissimus: si exemplo tuæ modestiæ **S**cipionem præficias.

Vbi non deserteris **V**lyxis exemplū: fies assidue prudentior.

Suis fortis
Scaevola
solitum
Vellip
Nolite tibi
aspirare

Quite m
tolerare
in Cicero
foingit
At que
illus nat
tis de qu
lare dicit
exemplū
māntare
notā de
simulac
cū uolū
māntare
multo m
mus tibi
mū mibi

Et si me
agerere
mdebo
boas aff
numeta d
tū moneo

TITVLVS XLIX

Si uis fortissimus fieri: aacide aut **H**ectoris exemplis fias.
Scæuolam quare duce[m] tuarū cogitationū: si uis iuriscō/
 sultissimus appellari.

Vestigijs hære **C**urij: si cupis innocētissimus incorruptis/
 simusq; dici.

Nihil erit tibi cum uulgo cōmune: si sapientum exemplis
 ad perfectam contendes uirtutē.

¶ Titulus. xlix.

¶ Contentiosa familiaris.

Quid te mihi præfers o bælua? **Q**uæ tibi mecum esse po/
 test æqua cōtentio? **G**eneris ue? **A**t tu homo nou⁹ (ut illo
 in **C**iceronē utar **S**alustij) qui rupto robore natus: ut **N**a/
 so inquit: nullos habuisse parētes censendus es. **V**irtutis?
At quæ uirtus est tua? **Q**uod cyathos amplissimos: calicē
 illius nasorū quattuor beneuentani sutoris nomē haben/
 tis: de quo loquit̃ luuenalis: simillimos uno haustu sorbi/
 lare delectaris: in tuaq; nefandissima libidine tua ē milita/
 ris cōposita gloria? **A**t mihi & generis est nobilitas tanta:
 ut erubescere me iure possis: ubi hæc tibi sit contentio: &
 tm̃ in uirtute laudis ut me uenerari nō nequeas. **C**ōtendis
 mecū de diuitijs? **T**ibi non cedo. **N**am q̃q̃ habes plures
 nūmos: plura prædia: plures fundos: non es me tm̃ ditior:
 cui⁹ cupiditas nulla est nisi cū uirtute. **A**t tu cupis & inflā/
 maris tuis pturbatiōibus: nec tm̃ habere potes rerū: ut nō
 multo auidi⁹ optes plurima. **E**go paup̃tate mea cōtentissi/
 mus nihil appeto: & ut illo utar **T**erentij: cū nihil habeā:
 nil mihi deest. **E**x **M**ediolano. xix. kalēdas **M**aias.

Salustius in
 inuectiua
Ouidius. j.
 metamor.
Iuuenalis

Terentius

¶ Contentiosa familiarissima.

Et si me summope pudere decet: tecū contentionē ulla[m]
 agere: ne tua te tamē in pbrenesi iactes: ad ea contentiose
 rndebo: quæ unis ad me scripsisti litteris. **N**on audere me
 boas affirmare bene dictum te coram: **M**onimēta: cū mo/
 numēta dicēda putes poti⁹. **P**eto abs te uir ignare littera/
 rū: moneo qđ præteritū habeat: **M**onui dices. **Q**uod su

Monimēta
Monumēta

TITVLVS XLIX

pinum: monitum. **V**nde hoc monimen: & monumentum
formae: **A** supino. **C**ur igitur i mutabit in us: **C**ur in nocu
mentor: **V**eteri quadā consuetudine: uel alia formatione
q̄ ea quæ ad monumentū attinet: quæ potest & debet mo
nitto dici mentis: ita ut nō monimen: sed monitio: quasi a
præteriti adiectiuo dicat: & mente deriuat: & cum ipsis
cōponat. **I**nde apud **V**irgiliū monumentū & pignus amo
ris: **E**t rursus ab **A**ndromache: manuū tibi sint monimēta
mearū: hoc est memoria. **S**ic ego reor. **V**ale. **E**x **M**edio
lano. xviij. kalendas **M**aias.

¶ Contentiosa gratis.

Contendere mecū audes: q̄ obrem nō est mibi negligē
dū de quo contendas. **N**on em̄ sumus p̄duelles: nec p̄du
ellionatus crimen nobis est propositum cōtentionis ge
nus. **D**e bonis litteris nō de uulneribus: nō de probris est
cōtentio: quā adeo probauere atheniensū scholæ: ut uel
præmia cōtendentib⁹ cumulatissima p̄posuerint: **R**oma
ni uero declamatores habebant assiduos qui & muneribus
simul & honoribus donabant non paruis. **S**i recte tñ
Quintiliani: tū **S**enecæ declamatiōes intuemur: tū paulo
prius quæ a **C**icerone de multis æqualibus suis: & de se
ipso scripta sunt. **C**ōmentationes aut̄ & a **P**latone: & a **C**i
cerone in suis dialogis introductæ: quid significant aliud:
q̄ cōtentionis genera honestissima: quib⁹ uerū fiebat di
lucidius: **Q**uid hodie diuī **T**homæ scoti q̄ disceptatiōes
quibus cū hæc aut illa quæsiuerint: & sibi respōdent: & in
suas arguunt sententias: ut ea contentione quicqd̄ intrica
tū erat: magis enodet: **H**oc dicendi scribendi q̄ genus cū
utilissimū esse probat **T**homas: tum doctis hominibus iu
cundissimū: quo excitant: ut **L**actantius ait: si qua sunt in
genia semisopita: mentes refouent: doctrinæ inter se con
ciliant. **Q**uāto nos emimus clarorum familiaritates uiro
rum precio: **A**t contentionibus hisce cum eruditissimis
ac clarissimis assidue uersetur: opus est: quorum auctori
tate ac gratia fr̄ati possimus eorū superare uersutias calli

Vir. 3. ænei.

Atheniēsiū
scholæ.
Declamato
res.

Cōmentati
ones

Thomas
Scotus

Lactantius

distin...
ca. Inq...
one...
Quo...
A...
ref...
fili...
color...
abus...
ob...
cum...
&...
et...
rum...
nomi...
medi...
nus. Di...
ra...
p...
d...
qu...
ab...
si...
g...
cent...
de...
stote...
app...
gn...
gn...
præ...
corp...
tulle...

TITVLVS L

Aulus Gellius
Tabella
Tibullus

elegantiolas effecit: **E**go neq; illū nec illum duces sequor sed ueteres quos **Aulus Gellius** probat: **E**legantiam in uirū uestitūq; sitam uoluisse. **V**is tabellas pro paruis accipit tabulis: quibus ædificat: adducitq; **T**ibullū testem: qui tabellam uoluit tabulā esse: in qua depictum aliquid in templo foret. **E**go tabulas alias ædificijs debitas puto: ex quibus tabellæ nō pdeant: alias quib; scribat pingat ue q; ex quibus tabellæ prodire possint: ut etiā ius ciuile ad contra tabulas titulū habet: & tabulæ testamentariæ dicunt: & inde tabellæ: ac inde tabellarij: quoniā in tabulis scribat caratis: ut te dicis non latere. **Q**d nō arbitreris recte dici **M**artiale sexto casu: ut luuenale: nō cōtendas. **I**n sententia uolo permanes: ut apertissimus uideare fatuus: q; neq; qd ipse: nec quod alij fant: intelligas: cætera tua eiulmodi sunt obiecta in meas litteras ut per se sileant erubescantq; meā faciem. **S**ile uir ineptissime. **C**ōtentio sit tibi posthac cum tui simillimis: mihi uero nō nisi cum doctissimis atq; disertissimis: ut & **A**lexander inuitatus ad stadiū sibi respondit: non nisi cum regibus currendum. **N**oluisti hac contentione (ut opinor) non nihil tibi gloriæ comparare. **E**sto: sis quod optabas assecutus. **N**ihil ex tua per eat opinione. **R**esipisce. **E**x **M**ediolano decimo septimo kalēdas **M**aias.

Alexander

Synonyma contentiola.

Non habet hæc res: ut tu sentis.

Hector nequit (ut sentis) in aspiratum scribi.

Male opinaris de bubalo: qd sit genus elephantis.

Recte dixi elephantī pblossidē: eminentiā esse nasi.

Rhinoceros fm casum male tua sentētia format rhinocerotis: sed habet rhinocerotis.

Non bene doces: rhinocerotā in fronte cornu habere: cū habeat in nare.

Non est sapide dictum (melius dici) honor q̄ honos & lepor q̄ lepos.

Gloriosū uetuste admomū nō inueniri nisi in malā partē.

Facit eleg
Nihil dicit
aliquo
Noluit
se dicit
Faber
Quod dicit
Multa in
ut dicit

Affecit
maculans
lucet
& nō sibi
at sed
Tutami
ut scilicet
sunt
Genet
pau
lex
cōtento
copie
Herculis
Sanus

Nō sunt
dabiles
ni opere
Sunt
sim
Scio q̄
memas
ille prat

TITVLVS L

Fac ut elegātius studeas loqui: si tuis doctus haberi.

Nihil dicis: cum si contentione utendum sit: non possim aliquid addere.

Nolim tecum contendere: quod si facerē: multa in te falso dicta conijcerem.

Habes tu quidē in sensu nihil de litteris sani.

Quod credis de litteris breuiandis: omne falsum est.

Multa in syllabis dissiūgendis fingis: quæ nescis tā abdere ut esse uera uideant.

¶ Titulus. I.

¶ Cōminatiua familiaris.

Affecisti tu me quidem iniuria: qui conuitijs famam meā maculare nixus es. **A**t esse me puta non assuetū cōtumulæ tolerandæ. **R**eddam tibi sed maiore mensura multo: & nō solū par pari (ut apud **T**erentiū legit: quod te mordeat) sed tanto magis quāto sum te longe maiore quidē aīo.

Terentius

Tu tamē a tuis nō degeneras: quæ ea fuere semp cōditione: ut i cōtumelijs & cōuitijs summopere detestādis assidue sunt uersati. **S**ed cū quo credis agendū eē tibi: quān mecum?

Certe cū illo: quod multos tui similes castigauī: multos castigaturus sum. **I**nterminatū esse me tibi: non multifacies. **A**t id exequar cōminatiōis: quod deinceps magis metuas. **A**fficiā te tanto (nō metu solū) sed dolore: ut possis nō iniuria optasse me tibi fuisse nunquā antea cognitū. **F**aciā ut faunus **H**erculis ictu cadas: aut nanus gigantis percussione delabare. **S**anus sis. **E**x **M**ediolano, xvj. kalēdas **M**aias.

¶ Cōminatiua familiarissima.

Nō sum ego ex eo passere genere: quibus fiunt laruæ formidabiles: sed hoc tu tibi non esse prædictū: neges me omni opera curaturū: ut pro tuo tam acerbo furore plectaris. **S**unt: ut nō nescis: & amicitia tot mibi: & clientelæ ut possim te in ægyptum usque insequi. **N**ec falli quidem poterō: **S**cio quæ sis intrepidus: quæ elata mente ac supbo spiritu: quod neminē metuas: sed erunt sine insidijs: eæ paratæ uindictæ: quæ me tuisse præstiterit. **H**oc autē facilius offendere: quod lædi a nullo

TITVLVS L

inquit **Tullius**) imanius q̄ eloquentiā ad usum naturae atq; **Tullius** in
 ad amicitias caelitus datā: ad perniciem hominū cōuertē ut dicitur
 re: **Tu** uero quasi suauissimo quodam nectare plurimum
 oblectaris: maledicentia me foedare: nec usq; de me in ser/
 monē incidit: ne me (nō modo pungas) sed acerbissimis
 insectere uerbis. **Fingis** autē ea de me scelera: quorum ego
 antea neq; nomina quidem audieram. **Id** unde audeas
 nescio: nisi quia nimis me bonum: nimis inuenisti mitem:
 nimis iniuriarū imemorem. **Non** nego: me solitū iniuria/
 rum penitus obliuisci: si eū errati poenituit: qui fuit in me
 malus. **At** si pertinacior es nolim (**Apostoli** sententia) cru/
 delis appellari: qui negligam famā meā. **Id** em̄ ut obesset
 famā: sic tibi licentiā parer: ceteris exemplis ad om̄e ma/
 lignitatis genus. **Vt** apud **Aristotelē** uocant̄ insensati: qui **Aristoteles**
 nullā accipiūt ex iucundis rebus uoluptatē: ita quidē non
 habent homis quippiā: qui cū eis subtrahit bona fama: nō
 excandescūt. **Nam** ubi etiā tibi nocere nō uellē: in ppul/
 sanda iniuria: quicqd agerem: iniust⁹ dici nō possem. **Do**
 cuit em̄ **Plato**: non esse quemq; iniuria conficiendū: nisi cū **Plato**
 propulsat̄ iniuria. **Inferre** nō licet iniuriam dicit **Pheresydes**: **Pheresydes**
 des: propulsando autē inferentē cadere semper licet. **Q**
 obrem ego praedico tibi: curaturū esse me omni diligētia:
 ut tibi nō oris feditate: sed re ipsa reponam: ut uerberib⁹
 ad mortē usq; caelus resipiscas: fiasq; aliquādo tuae linguae
 compos. **Id** si times (ut timere te certe scio quīs non simu/
 les uereri) fac ut praedium restituas meo uillico: fructusq;
 quos iam circiter annos tris q̄diu in britānia abfui: perce/
 pisti: continuoq; apud omnis apud quos meae detraxisti
 laudē: restituas mibi famā: & euangelico instituto: mētūtū
 te dicas cū detraxisti: & me nō solū mitigabis: sed ad uerā
 in concussamq; amicitiam pacatissimū reddes: ita quidem
 ut nibilo sim tibi defuturus: qđ in me sit magis q̄ fratri. **Q**
 si meam hanc neglexeris cōminationem: uel quia nolis in
 ferior me uideri: uel quia ut es petulans: sis etiā temerari⁹:
 teq; plurimī faciēs ceteros asp̄nere. nec tuas uires: nec al

Apostolus

Aristoteles

Plato

Pheresydes

TITVLVS LI

uel armatus cruentatusq; q̄ Phœbus crinit⁹ cū citharæq;
 decorus. **E**go nihil omisi: quo me paci præseruarem: nec
 miseros colonos tuos cogere plangere: ciues collachry
 mare: te uero tandē & regno cedere: & fortasse uitæ. **S**ed
 nihilo profeci magis q̄ si littus ararem: quod **D**idoni obiit. **Vir. 4. æne.**
 cit apud **M**aronem **H**iarbas. **A**ssidue peior & imanior fa-
 ctus es: nec quicq; præteristi quod ad me prouocandum
 intellexeris posse facere. **N**ā & seruos meos cæcidisti: &
 agrum inualisti: & affecisti nos omni iniuria. **C**ogimur &
 nos (ut homines sumus: sentimus dolores: ac nequimus
 nō interdum perturbari) cum urget causa uabementior:
 aliquando ulcisci nos atq; nostros: declarareq; q̄ iniqua tu-
 lerimus mente tuam in nos diuturniorem insolentiā atq;
 imodestissimam uastitatem atq; depopulationē. **N**e igit̄
 aut inobseruantes nos aliquis unq̄ dixerit **M**artialis legis:
 aut tu te oppressum improuide dicas: indicimus tibi bellū
 ad tertiū kalendas **M**artias: ut deinceps intelligas: nec ad
 nos tuto uenturum ex tuis quemq; esse: nec non tibi agro
 tuo: tuisq; cauendum esse die noctuq; terris. **T**unc enim
 edicto belli nemo nos accusabit iniuriarū: nec tu tibi non
 prædictum esse: dices. **R**em habes. **E**xercitus apparabi-
 mus: quāto poterim⁹ plures: quotq; nobis uidebunt equi-
 tum peditumq; milia: in te debellādum traducemus: om-
 niq; annitemur opera: tibi declarare q̄ male senseris: cum
 amicitiam nostram non tantifeceris: quanti faciunda fuit:
 sicq; alij quādoq; deterrebunt ab ijs sceleribus cōmitten-
 dis: pro quibus se poenas aliquādo duros esse sciant. **E**x
Mediolano. xiiij. kalendas **M**aias.

¶ Belli edictiua familiarissima.

Quantis nostros affeceris incōmodis: & ministros contu-
 melijs: agros depopulationib⁹: & filios ipsos interdū uul-
 neribus nō ignoras. **N**os omnia uolumus prius experiri:
 q̄ armis cōtendere: pacis poti⁹ studiosi: ut regulos eē de-
 cet q̄ belli: cui uix sufficiunt tyranni. **T**e nōnunq; admo-
 nuimus / ut desisteres ab iniurijs: non esse nos aliud q̄ ho-
 mines: aliquādoq; fortasse non toleraturos: qd̄ sapius ui-

TITVLVS LI

dimus inuiti quidē: sed tuā demolitionē expectantes. **E**o fuisti tu semper imanior: minusq; nostris cōminationibus credidisti. **Q**uare cum uerbis proficere nos nihil posse intelleximus: ad arma cōfugere auxiliaria constituimus: & q̄q; regulus non multū apparere possum armorum: non multo tñ posse te plura scimus: q̄ nos ualeamus. **Q** si qui tecum sociale bellū ex nostris finitimis contrahent (ut solent aliquādo inquieti uelle uiuere multi) nos quoq; socios ex ijs nobis asciscemus: quibus in te uahementior ac æquior sit pugnandī causa q̄ illis in nos. **E**go nemini sum iniuri⁹: **T**u multis. **D**e me nemo: de te iure querunt multī: **S**ed tu curabis ut uoles: ego rem sequar ut uidebitur. **T**u tibi hac epistola bellum indictū censeto: ut post tertīū Kalendas **M**artias: hostē me paratum esse tibi ducas. **E**x **M**ediolano. xij. kalendas **M**aias.

¶ Belli edictiua grauis.

- Plato** Bellum edicere dixit **Plato**: nō decere quemq; nisi reges.
- Aristoteles** **A**t modestius **Aristoteles** artē esse militarē inquit: in qua non nisi iuste se quisq; exercet. **N**ō em̄ iniustus uictoria est expectanda: ut **H**omerus ait: sed interitus. **S**equit̄ enim a tergo iniustos deus: **S**eneca teste. **O**mnis igit̄ in bellādo ratio fundata esse debet in æquitatis lege: ut nihil iniquū attemptetur: ut uoluit **T**ullius: nihil fiat: quod a bonis & æquis uiris probari nequeat. **N**am ut negligant̄ iura: non regibus locus est: sed tyrannis. **H**i em̄ (modo sic libeat) illi sunt in quos illud **I**uuenalis dici potest: **S**ic uolo: sic iubeo sit pro ratione uolūtas. **A**t ubi iura seruant̄: nihil esse potest uiolabile / nihil corruptū / nihil imundū: ut **G**regorius inquit. **Q**ui **M**artē sequūtur: eū sequi **M**artē debēt: cui sacra fieri queant: qui non iniuria sit in concilio cōnumerandus superum: **A** quo nihil inuenit̄ factum uiolenter: omnia innocenter: & illo (ut **V**irgilius docuit) præcepti sine: **P**arcere subiectis: & debellare supbos. **I**mmo interdū eo de quo inquit **P**salmista: **Q**uis ascendet in montē sanctum tuū: aut quis stabit in tabernaculo tuo: **I**nnocēs manib⁹ &
- H**omerus
Seneca in
tragedijs
Tullius
- I**uuenalis in
vj. satyra.
Gregorius
- V**ir. vj. æne.
Dauid

TITVLVS LI

mūdo corde: qui non accepit in vano animā suam: nec iu-
 rauit in dolo proximo suo. **H**omūculi quid in hoc orbe fa-
 cimus: qui socios iugulamus / finitimos uiolamus: nec pro-
 prijs (quasi **P**elopes) filijs parcimus: **V**nde tantū creuit **P**elops
 in nobis facinus: **N**on aliunde certe: q̄ ex auariciæ labe:
 ambitionis rota: inuidiæq; liuore: ut i te manifesto cogno-
 scim⁹ q̄ iam **P**hinaus effect⁹ es: aut **T**antalus: cui⁹ & detur. **P**hinaus
 parint **H**arpyiæ mensas: & neq; unde potēt: nec poma sa- **T**antalus
 turent: præ nimia qua detineris cupiditate: quiq; non fa- **I**xion
 bulose at uero dici possis in **I**xionis torqueri rota: **S**isy- **S**isyphus
 phiq; assidue uehendo saxo cruciari. **Q**uid em̄ tu non cō-
 cupiscis æstuante ista tuæ mentis furiosissimæ fornace:
Quos amicos (q̄uis simulatos omnis: nullos stabiles) non
 ambis: ut maior fias: ac potentior: **Q**uibus satellitib⁹ (q̄q;
 fidelib⁹ nullis: sed ad tempus tibi obsecundantibus) non
 polliceris plurima: ut tibi morigeri sint in omne scelus:
Quoties tu nocte intempesta furtis eos & latrocinijs ex-
 ercuisti: quos uidisti tibi deditos: **Q**uotiens multa uicinis
 eripuisti: sacros prædiorum ac finium lapides subtraxisti.
In ipsis lætulis eos cæcidisti: a quibus rem tuā detegi pos-
 se credidisti: **P**roinde qui tecum in aliquo fuit nefario cri-
 mine: curat nihil aliud: q̄ ut abs te prope diffugiat: hinc
 alios quæris tibi fures: alios trāsfugas: alios pfidos: nec cō-
 fideras in eū esse fidē posse neminē: qui fidē nulli seruat:
 cuiq; credere ualeat nemo. **R**esciunt inde nō multo post
 omnia: quæ clanculū te ducis cōmisisse nulliq; nota. **Q**u-
 cum alias sæpe: tum hoc anno bis ad nos delatū est ab ijs
 q; neq; mentiri sunt soliti: nec alia id mibi reserarūt de cau-
 sa: nisi quia noluerint tantā me semp̄ incōmoditatē sequi:
 nec me quicq; ex ea re scire. **N**am ubi quererer: & armēta
 mibi noctu surripi & in prædijs nocturnas factas eē depo-
 pulationes ac uastationes innumerabiles & in agris mul-
 ta deesse: quæ quis subtraxisset: nesciremus: detexerunt iij
 latronē: probarūtq; non uulgaribus argumentis: quid in
 nos egeris: quid agere nixus sis. **S**criplimus ad te sæpe:

rogauimusq; ne nos malles hostes q̄ amicos: contra ingenuam meā uiuēdi rationē esse: ut molesti cuiq; fieremus: sed coactos id demū non esse nos neglecturos. Respondisti tantū eē ab **Lacedæmone Athenas**: quātū **Athenis Lacedæmoniā**: neq; curare te uerba: cum uiri ducis fili⁹: non mulieris famulæ fueris. **Tandem** hoc uentum est: ut **Marte** nobis hæc tua iniuria ppulsanda sit: quā **Phœbo** tueri me nequeo. **Tua** tamē causa in bellū nos existimes cadere: meminerisq; quod **Virgili⁹** ait sanctissime: **At sperate** deos memores fandi atq; nefandi. **Ad tertium kalendas Martias** indico tibi exitiale bellum: quod ferro flammisq; definiat. **Vt** enim & crudelissimus es: & sæuissimos habes clientes atq; tuorū ministros scelerum: sic nos fore in te tuosq; imanissimos: expectato. **Si** qua in re mitiores nos exhibebimus: id benignitati naturæ nostræ concedeatur: quæ interdum plus sibi seruiet q̄ tibi sæuiet. **Præter** ea cōiugi tuæ pudicissimæ filijsq; tui dissimillimis compatiemur: ut homines sumus: & **Terentiano** instituto: nihil humani a nobis putamus alienum. **Trāfacto** igitur eo die quo edicimus tibi bellum hac epistola belli edictiua: nihil esse tibi tuisq; mecum atq; cum eis cōmune ducas: præter præliandi cupiditatem. **Nunc** habes & quid tibi cauendū sit: & quid mibi cogitandum. **Ex Mediolano** undecimo kalendas **Maias**.

Vir. j. ænei.

Terentius

Synonyma belli edictiua.

Tali die bellum indictum esse tibi: scito.

Post eum diem pax mecū tibi nulla futura est.

Fac ut existimes p⁹ eū diē: ppetuas tibi mecū inimicitias.

Implacabile trāfacto eo die exercebit inter nos odiū.

Nibil post eum diem inter nostros tuosq; exercebitur beniuolentiæ.

Tuā ob causam talis dies initiū nobis cōstituet belli.

Prælia quæ tali die sum⁹ tecū inituri: cessabūt deide nūq̄.

Ea dies principiū nobis erit præliā di: nullū habitura finē.

Fecere iūriæ tuæ ut nūq̄ p⁹ eū diē bello cōstitūā abstinere.

Nemo
belli
Frust
hendi
Cogni
Adime
mutes

Polle
Gedeb
uatur
plem
micit
dider
debit
Post
hazim
armat
uolub
uolub
uolub
globat
uolub
no. x

Curat
ubiq;
bellu
esse fi
in utri
tū hinc
partib;
uris que
uolub

TITVLVS LII

Nemo me iam distrahet: ut peracto die illo: sim assidue tibi bellum illaturus.

Frustra laborabis: si lapsa die illo cēsebis posse nos a praeliando diuertere.

Cupim⁹ diē talē aduētare: ut deiceps geram⁹ sp bella tecū
Adeo me coegisti tuis iniurijs sēuire: ut eo die supato im mortales simus futuri hostes.

¶ Titulus. liij.

¶ Pacis proclamatiua familiaris.

Posteaq̄ nō mediocres nos ad bellum puocauerunt causae: subest iam ultima praeliandi ratio: ut in pace ocioq̄ uiuatur: ut apud **Thucydide** legit: & **Cicero** ppulchre cōplexus est. **Nos iam dudū iuste mouerūt ad cōmunes inimicitias rationes:** quibus alteri alteris non cessimus. **Crederet** tui iā sibi fines nostros cōmunes esse pascuiscq̄ suis debitos. **Nos secus sensimus.** **Res dirimenda bello fuit.** **Post cruoris tantū effusum:** **Mars uiam inuenit ueri.** **Sublatae sunt discordiarū uia.** **In pacatissimā & tranquillissimā uenimus mentem.** **Ager noster nobis relictus est.** **Vos iure cessistis.** **Iam est pax perpetua proclamāda.** **Sciant igit̄ & nostri oēs & exteri:** licere publice priuatimq̄ inter nos nostrosq̄ quicqd rerū agi: & cōmerciorū omnibus transigi: sublataq̄ nobis bellorum leges praconiscq̄ uoce n̄as haec proclamatiuas pacis litteras declarari. **Ex Mediola no. x. kalendas Maias.**

Thucydis
des
Cicero

¶ Pacis proclamatiua familiarissima.

Curate o nostrarū urbium praesides: passimq̄ custodes ubiq̄ publice proclamare pracones nostros: post diutina bella: inter nos **Tauriscosq̄** transacta: iam pacē indelibile esse firmatam: ut omnibus liceat quoquo modo res suas in utriusq̄ imperijs agere: tū pedemōtanis apud **Insubres** tū **Insubribus** in pedemontio: tum exteris in utrisq̄ principatibus: omnes em cessarunt discordiarū causae: cū de iniurijs quas querebamus nobis illatas esse: pacti simus: nec cuiusq̄ uel minime rixae super sit causa. **Lætandum autem**

TITVLVS LII

& publicam læticiam ambabus agendam partib⁹ remur: quod tam cito beneq; sedatis periculis: quæ utrifq; iminebant/pacata sint omnia. **P**roclametur igitur hæc epistola: & publicæ feruiatur læticiæ. **Ex Mediolano. ix. kalendas Maías.**

Pacis proclamatiua grauis.

Theophrastus

In omni humana uita actione: id præcipue quærendum docet **Theophrastus**: ut medicos bonos imitemur: qui si possunt: præseruant ualitudinem bonã: curãtq; prouidentes: ne quid accidat ægrotatiõis. **V**bi uero uel naturæ malignitate: uel uiuendi corruptela in morbũ incidit: & diligenter & cito annuntiant manibus pedibusq;: aut omnino/ aut magna ex parte ægrotationẽ tollere: ac radicitus extirpare. **I**d cum in alijs plarifq; causis uideam ualere similitudinis: tum imprimis in præliando: pace armifq; uiuendo: ut

Hesiodus

docet **Hesiodus** inquiring: **S**i pace uiuere licet: bella non quærant. **S**i bella temptanda iminent: quãto ocius sedanda sint. **P**relia sunt quibus ager sudat hominum cruore. **P**ax est: quã in terris ad conseruandum genus humanũ instituit dominus. **V**t enim bello cædunt homines: squalent urbes: sordescunt agri: sic pace nascunt uiri: splendēt ciuitates: læti sunt suis satis uberrimis coloni. lamdudum inter nos & **T**auriscos: intercedentibus quorundam discordijs finium: bella sunt gesta: in quibus nec eis condixit præliari: nec nobis quidem. **T**andem huc uentum est: ut sedatis discordiarum uijs: in perpetuam conuenerim⁹ pacem atq; concordiam. **V**t em æquitas iubet: & admonuit olim **C**ato: nec nos omnia consecuti sumus quæ poscebamus: nec ipsi malimus utriq; regredi finibus q̄ p/ gredi: ne quid ad publicũ delendum odium deesset ratio: nec ut **M**arcũ **C**arbonem **C**icero factitasse refert per inique rem non nostram quæsiuimus usurpare: sed quisq; de ijs poti⁹ quæ ducebat ad se pertinere partem dimisit: q̄ si futurus in ea seruanda pertinax semper in bello tueret. **H**æc sumus a **P**latone admoniti: esse rerũ diuturnarũ

Cato

Cicero

Plato

fundant
 uendit
 uiuif
 omnia
 bilis
 curat
 lincide
 in cõdit
 paret
 ibus. De
 uerent
 tale pro
 gume
 tis riu
 rum u
 paces
 re om
 ante h
 traicit
 lremu
 uelad

 Sente
 Procl
 Viat
 us e
 Facite
 Plurim
 stru
 Adhib
 nis a
 Nihil
 pacem
 in b. x. c.
 Vltim
 pa

fundamenta: quibus in quiete ac ocio ut **H**orontes ait: uiuendū est. **V**bi autē in sentētia stare cōstituūt hostes: nunq̄ uiuūt: dissipantur urbes: corrunt principatus: eneruant omnia: quibus est opus uitæ nostræ. **A**t ubi mentes piæ sibi suisq; indulgent: in id deueniūt ingenij: ut omnia sileant quæ torpebāt: reficiant quæ calamitosa modo fuerāt: ueluti splēdeant: reddanturq; foelicissima. **P**ax igitur est nobis cōstitutā: & ea quidem mente: ut stabilis inuolabilisq; pmaneat: nec ullo mutari queat casu: nec ullis rerū euentibus. **D**elegimus enim futuros arbitros: si qua unq̄ interuenerit controuersia uel contentio. **A**d hæc autē & affinitate propinquoires facti sum⁹: ut quos fortasse diuisos sanguine mentes acrius disungebant: coniunctio proximitatis nunq̄ in diuersas traducat sentētias. **V**os autē o nostrarum urbium iudices: prætores: præsidēs: tribuniq; publica præconis uoce ubiq; facite proclamari pacē hanc: ut licere omnes sibi sciānt: in locis pacatissimis omnia sequi: quæ ante bellum indiditū: aut agebāt: aut agi procurabant. **A**mate autē ac honorate quos fuistis odijs olim hostes infectati: sic enim nobis plurimum gratificabimini. **E**x Mediolano viij. kalendas **M**aias.

¶ Synonyma pacis pclamatiua.

Seruite publicæ inter nos in itæ paci.

Proclament præcones nostri pacē publicā.

Vt a nobis est pax perpetuo duratura firmata: sic curate ut omnibus innotescat.

Facite cūctis notā esse: quā cū **T**auriscis firmatim⁹ pacē.

Plurimū cupimus pacem hanc a nobis tam diligenter institutam omnib⁹ palam esse.

Adhibete curam omnē: ut pax nobis **T**auriscisq; cōmunis ad exterar usq; nationes fama pferat.

Nihil hoc tempore magis optamus: q̄ attentissime hanc pacem proclamari.

Sit hæc eplā pacis pclamatiua: quasi ore nro sentētia.

Mittite præcones nostros: qui ubiq; proclament hanc pa-

cis firmitatem.

Post diutinas discordiarū causas pacē nobis firmatā esse diuturnā omnibus aperite.

Cū sublatae sint offensiones: paxq; inter nos stabilita: uos quoq; hoc omnibus declarate.

Quod pacata sint inter nos omnia: desideram⁹ omni studio cunctis populis referari.

Scient omnes ex uæhemētissimis odijs inter nos summā beniuolentiā stabilitā.

Titulus. liij.

Fœderis ic̄ti significatiua familiaris.

Vnde id sceleris sit ortū admiramur: ut inter finitimas nō nunq̄ urbes odia sint natia quædā: ut nibilo se plus amare possunt q̄ si assidue insurgerēt læsiones: assidue cædes.

Habemus enim ante oculos **R**omanos cum pœnis: cū latiorū multis: cum quibus & fines cōmunes forent: & interdū cōsanguinitates: in quos inferebant iniurias: & semper bellis instabant crudelissimis. **H**oc aut̄ cum natura nō

Augustin⁹ patiat̄ur: consuetudo non ferat: propinquitates non tolerant: ut **A**urelius inquit: sola procedūt animorū uæhemētia: quī sup̄bissimi atq; pacis impatiētissimi: aut alienæ foelicitatis inuidissimi atq; multarū rerum auidissimi semper aliquid cupiunt. **N**os tamen solutis hisce tenebrarū uindictis: significamus omni hominum generi: cum **T**auriscis ic̄tum nobis foed⁹ indelebile. **E**x **M**ediolano septimo kalendas **M**aias.

Fœderis significatiua ic̄ti familiarissimæ

Cum **T**auriscis nobis ic̄tum foedus omnibus significatum esse uolum⁹: hac epistola ic̄ti foederis significatiua. **Q**uid enim dirius erat q̄ cum finitimis nostris: cum quibus communib⁹ assidue deuinciamur affinitatum uinculis: semper gerere bellū? **A**t id aliquādū: uel nra negligentia: uel ipsorū incuria factum est: ut neq; homines: nec deos ueriti nostris inseruierim⁹ odijs: agros alternos depopulati: omneq; discordiarum genus insecuti. **T**ādē in mentes

religionis
nis aulpi
Nent
docum
tue: Q
pbat
dopell
tes ubi
Quel
uimus
focum
da pas
solent
mbur
get. Et
uindict
quos p
prezmi
bono
ficia d
ne dign
uibus
filent
cōuen
public
rā dier
apud
firmati
audeb
anbela
cite illi
reuerit
lanoru
uante m

TITVLVS LIII

rediuimus bonas: & publicū nobis est fœdus iſtum diuini
nis auſpicib⁹. **Ex Mediolano. vj. kalēdas Maias.**

Uſti fœderis ſignificatiua grauis.

Non fuit eius **T**hemistoſtis parua diligētia: qui ad frānā **T**hemisto/
dos iracundos & perturbatos animos: iacere fœdus inſti- **cles**
tuerit. **Q**uod uel induciarū uel ppetuæ pacis genus tam
uoluit apud noſtros **M**amerco ille prudentiſſim⁹ & bellā, **M**amerco
di peritiſſim⁹ obſeruari: q̄ quod diligētiffime poſſet men/
tes inſtituere ad amicitiaē ſempiternā uiam comparandā.

Quid em̄ homines ut ſoli ſumus aut diſcordes: ſi pace nō
uiuimus: aut ſi cū bellandi cauſæ intercidūt nō eſſe ullum
fidei munus: quo nobis credere poſſim⁹. **A**t fœdus a fœ- **Fœdus**
da porca dictū: quæ in medio decertantiū poſita: lapidib⁹ **Ser. vij.**
ſolebat fœdari ac cædi: uerba hæc malis in obſeruātes om- **ænei.**

nibus proclamabat: ſic in eū obruat qui fœdus hoc infrin-
get. **F**œdiſfragi deinde cū fidifragis cōparati publicū odij
uindictiſq; digni omni incōmodorū afficiebant genere: in
quos poſſunt libere impūneq; **I**mmo & ppoſitis publicis
præmijs tendere laqueos atq; ultionis uia omnē. **Q**obrē **Carthaginē**
i pœnos **R**omani fuere difficilioreſ: q̄ fœderib⁹ quidē inſeſ **ſes**

Africā & **S**ardinia iſtis nō ſeruatis: uifi fuerūt omi pſecuti-
one digniſſimi: & quoꝝ deniq; urbs ſolo æquaret. **I**n **Pyr-** **Pyrrhus**
rhū fuere mitioreſ ac in ois eos qb⁹ fœdera inuiolata pmā
ſiſſent. **H**oc tã præſtanti munere cōcordiaē ſeruatā nunc

cōuenimus nos & **T**auriſci: cū quibus fuerāt aliquot ānos
publica bella. **N**e plurib⁹ tandē moleſtijs & noſtros & eo
rū clientē cruciaremur: pridie kalēdas decēbris iecim⁹
apud **V**erellū fœdus his uerbis: una eadēq; oim uoce cō/
firmatū: **S**i quis in hoc inter Inſubres atq; pedemontanos
audebit unq̄ uel recto uel indirecto quidē argumēto q̄c̄q;
anbelare: in eum & aſtra cōiuret: & oēs Italiaē populi: & li/
cite illius rem ac uitā poſſit uel externus quilibet ſibi quæ/
rere iureq; uēdicare. **S**ignificamus igit̄ ſingulis hæc **C**hri
ſtianorum populis: ut ſiquando quicq; huic fœderis obſer-
uantiaē minuet; in minuentē omnes inſurgant: arma capi/

TITVLVS LIIII

In nulla læticia gestiendum inquit **Fabius**. Itaq; nolim gestire forte uideri cuiq; in hoc nouo mei triumphbi festo: ne aut a ueterū institutis censear discordare: aut eorū lætari calamitate: qui sunt in prædam uersi. **At** ut humanissimū illud est: ita quidem inhumanū gloriæ nō esse participem illū: qui longa difficultate summisq; laboribus triumphauit. **Vt** em̄ quisq; fert patienter plurima: ita patientiā non nescit eam esse rerum durissimarū tolerantiam: cui sperat uoluptatē optatorū successurā. Itaq; cū expugnauerimus **Tauriscos**: nec sine nostrorū hominū cæde non uulgaris: tandē uictores: urbe **Taurino** capta: principib⁹ urbis uinctis: populo seruato triūphantes huc rediuim⁹. **Ex Mediolano**. v. kalendas **Maias**.

¶ Triumphbi expositiua familiarissima.

Cum triumphbo demum ex **Tauriscis** rediuimus quos nō paruis laboribus sine summaq; difficultate superauius. **Sunt** uiri non bellaces multū: at pertinaces nimū: qui uel imbelles ac imperitissimi militandi: cum capiebātur: cædi mallent q̄ cædere. **Superauius** eos in prælio sæpe. **Urbes** aliquot cœpimus: nec a militū furore potuim⁹ uolentiā cobibere: ne in prædā uerterent. **Hortati** sæpe sumus: ut cæderēt. **Superstitēs** fiebāt assidue ferociores. **Deniq;** tñiuerſis urbibus domitis: ex singulis nobiscum ducimus primates aliquot secutos triumphū. **Ex Mediolano**. iiii. kalendas **Maias**.

¶ Triumphbi expositiua gratis.

Q bene & sancte instituit **Ninus** assyriorū ille rex fortissimus **Semiramidis** uir: ut post uictoriā triumpharet. **Is** em̄ quæ uera uictoria foret: est primus expertus omniū: qui finitimos expugnauit: regnandi cupiditate ductus: supauit duxitq; captiuos. **Sed** eā certe dixit **Herodotus** uictoriā esse debere: ex qua triūphari possit: in q̄ & milites uicti sint & impator: aut rex bello capt⁹ & urbes supata: ut captiui possint triūphatē seq; & ex domitis signa referant & prædæ. **Sic** **Scipiōes** legim⁹ triūphasse: sic **Marcellū**: sic **Fabiū**: **Qui** triumpharunt publice romæ

Sed prohibui uetuiq; ne quid uiolētiae uel in foeminas sit
 illatum uel in domos: **P**ræter eos: qui primo impetu dimi-
 cantes caesi sunt: nulli deinceps uel caesi sunt: uel minima q
 dem iniuria laceffiti. **Q**ui qd' ex illis ad me sunt adducti nō
 nulli: qui multis in me cōuitijs abusi fuerant prius q̄ uince-
 rem. **A**bitrabant & cæteri oēs: & illi se nihil nisi frustra me
 p̄ uita sua precaturus. **C**œperūt apud me flere ueniamq; q
 p̄cari: calamitatē suā exprimere: misericordiā implorare.
Nō modo pepercit singulis: sed nequi non collachrymare
 humanā cōsiderans cōditionē: ut q paulo ante tā acres &
 in loquēdo erāt & in agēdo: nūc tā demissa & uoce & mē
 te supplicarent: nequitiq; nō laudare maximopere cæsa **Cæsar**
 rē cū in omni uita: tū ubi fleuit **P**ompeij uiso capite obrū **Iulius**
 cato. **N**ec illis assentior qui rem simulasse dicāt sed hūanā
 uiuēdi gerendarūq; rerū legē ac sortē animaduertisse du-
 co: quos i maximis triūphis maxime interdū erumnæ se-
 querent & opprimerēt. **S**ic cogitans plurimos libertate:
 oēs donauit uita: multis etiā rem omnē quæ i militū deue-
 nerat manū: reddi iussi: tantūdem aliunde illis decernēs:
 ne me uiolentē esse dicerēt. **D**emū pacatis omnib; puin-
 ciæq; custodibus deputatis: cōstitutaq; ueteranorū diuer-
 sis in urbibus deuiētis turba: dies triumpho dictus est quo
 me reciperet rex ille: cui⁹ sum in id belli decret⁹ impator.
Renui triumpho quantū potui: ne aut gloriæ uiderer cu-
 pidus: aut si cū malebat rex ipse: ducerer ei⁹ opinioni uel
 le refragari. **N**isi rex clarissim⁹ suos oratores: a qbus nō se-
 cus honorarer: ac ipse foret si adesset. **D**esignat⁹ est locus **Triumph**
 unde i urbē ueherer quadrigis equis albis: candida reda: **apparatus**
 candido indut⁹ uestimēto serico: & corona laurea insigni-
 tus: cuius quidē præcederēt illi redā quos magno loco na-
 tos uel donassem uel donare libertati cōstituissem: seque-
 rentē aut illi uincti quos essem captiuos habitus. **I**n urbis
 ingressu carmē rerū a me gestarū cecinit **P**andiocles **Pandiocles**
 poe-
 ta principis: qui iure ac merito posset cū ueteribus cōueni-
 re: nec cuiq; post **M**aronem atq; **N**afonem cedere. **T**am

TITVLVS LIII

fuit em̄ & cultum & elaboratum in dūstria illius poema in
meas profusius laudes: ut nequiuerm non admirari die-
bus nostris tantū poeta uideri posse. **Nō** multo post ora-
tor regius in platea orationē mibi pcedēti recitauit: qua
& nomine regio: & totius provinciae illius dicebant̄ insti-
tutae gratiae: qui tantā uictoriā illis cōparassem. **Mox** in sa-
crum deueni: publicaeq; sunt ibi festiuæq; supplicationes
pro me factae: inde domū meā reuectus cum omniū plau-
su dimissus sum. **Nolui** hāc uos ciues meos ignorare: quo-
rum opus sum: cum mea gloria uestra sit. **Ex Mediolano**
iij. kalendas **Maías**.

Synonyma triumphī expositiua.

Marcus est triumphū assecutus.

Post egregiam uictoriae laudem triumphauit.

Hoc sibi deerat laudis: ut triumpho potiret̄ quo nunc est
insignitus.

Magna fuit eius in triumphando gloria.

Cum omnia inuictissime hic gesserit: triumpho demū di-
gnus est effectus.

Nec uictoria huic defuit singularis: nec triumphus uicto-
ria dignus.

Triumpho iam illustratus quid maius atq; nobilius in uis-
ta quærat̄.

Quod præmiū summis laboribus uix sunt pauci cōsecu-
ti: triumphū hic tandē assecutus est.

Potest hic demū inter triumphales describi cum iam tri-
umpharit.

Eam est triumphī gloriā sua uirtute nactus: ut cupere de-
beat nihil maius.

Triumphauit hic: quod ei non fortuna: sed innumerabiles
sui labores præstiterunt.

Tanto hic semp & ingenij fuit acumine: & militaris perit-
iæ studio: ut nūc deniq; triumpharit.

Gaudendum est suae patriae: quod tam digne **Marcus** tri-
umphauit.

Officiū
les. in p
inque
die. dicit
luc. in q
nāq; cor
eū eēt in
sed erret
lum. lert
tibi adoe
pūmope
dem de
appellat
postetp
postapp
Ex Med

Comite
hibemus
que. quā
luc. gēte
ut cum
nōstis
prædior
perent
tibi obit
summo
Ex Med

Nisi Virg
aret: Qui
sine fieren
pant. Matr

TITVLVS LV

Titulus.lv.

Inhibitua familiaris.

Officiū nostrum hoc a tuo differre: ut ego prouinciā præs: tu prator urbanus sis: ego tibi possim inbibere: si quid inique uideā uel agere uel attemptare: **T**u cogaris obedire. **I**d em̄ iuris **L**abeonē instituisse describūt: ne minoribus ad inique iudicandū magistratibus pateret adit⁹. **N**ō nunq̄ corruptelis id fieret: **A**liq̄n amicorū precibus: **N**ūc aut̄ eorū imperitia: q̄ iudicāt. **N**olunt em̄ semp iniqui esse: sed errore inducunt: ut peccent. **T**ulisti tu quidē in **L**ælium sententiā interlocutus te iudicē eius esse: cōpetereq; tibi aduersus eum iudicare. **I**s autē qui sibi scit imunitatē a principe factam: ut eius oīs cā imediate ad prouinciā præsidem deueniret: isq; solus iudex hui⁹ competens diceret: appellauit scripto: nosq; adiit: cum abs te impetrare non posset: postulans ut inbiberemus: quod & inbibemus: ut post appositam appellationē sub gratia nostra nil inoues. **E**x Mediolano pridie kalēdas **M**aias.

Inhibitua familiarissima.

Cum tete ingeras in ijs rebus: quæ ad te minime ptinent: Inbibemus omnino tibi: ne posthac rem nostrā ullam isticegeras: quā si geres tuo periculo: nostro uero cōmodo ac lucro gestam intelliges. **Q**uid tam es audax ac temerari⁹ ut cum intelligas nolle nos tuā administrationē in causis nostris ac rebus interuenire: non desistas: **V**niuersis autē prædiorum nostrorū uillicis inbibemus: ne quid tibi obtēperent: si nolint id omne in eos conuerti malignitatis: qui tibi obtēperauerint. **S**cimus em̄ q̄ uersutus sis: q̄q; multa summo nostro gesseris detrimēto. **R**em habes: **A**bstine.

Ex Mediolano kalendis **M**aijs.

Inhibitua grauis.

Nisi **V**irgilianū illud in multos suarū rerū dominos cōueniret: **Q**ui premere & laxas sciret dare iussus habenas: pessime fierent a plurimis plurima: nec possent deinceps reparari. **M**ittunt̄ a regib⁹ legati: qui præuaricatione corru-

Vir. j. ænei.

pteliscq; pellecti: cōmittūt in dominos scelera. Decernunt a ciuibus procuratores: qui sentiūt interdū cum aduersarijs. Præficiunt multis causis multi: qui errant peccantq; uæhemētius: a quibus omnis abest innocētia: omnis grauitas: omnis fides. **Eos** castigari iussit **Solon** de re male tractata: sed interim ne deterius gererent: inhiberi: ne quid ulterius cōficerent. **Hinc** apud **Atheniēses** & **Romanos** nonnulli sunt malæ administratæ reipublicæ damnati: ut **Alcibiades**: **Cyrillus**: **Diocles**: **Cicero**: **Scipio**: **Furius**: & nihilominus inhibita ijs imperia: inhibiti magistratus. Id ut alias: ita nūc apud nros obseruat: edicto publico: ne quid audeat qsq; exercere officij: in quo cōtaminat⁹ esse suspensus sit. **Quobrem** & **Paulus** iuriconsultus inhibitorias instituit litteras: quibus ulterius progredi nōnullis inhiberet: qui male aliorū & inique causas agerēt. **Nec** id quidē iniuria. **Nā** si locus eiusmodi reparatiōi nō foret: facillime longiores magistratus multa peccarēt. **Nam** ut ait **Lactantius**: proposita nō unq; impunitate: qui & magni essent: & neminē uererent: multa cōmitterent. **Quobrem** illud recitat **Nascicæ** **Scipionis**: qui deleta **Carthagine**: superataq; græcia: nūc inquit nobis uæhementer esse metuendum arbitror: ne fiamus insolentes: cum neq; quos timeamus habem⁹: nec quos erubescam⁹. **Quid** autē & malos: ut **Theophrasto** placuit: magis arcet a peccādo: & bonos ut attētius bene uiuant: cogit: q̄ cū intelligant paratos esse censes a quib⁹ plecti queant. **Cum** igit⁹ hisce dieb⁹ tu prætor urbane sententiā interlocut⁹ sis: qua quidē **Laliū** esse torquēdum censueris: qm̄ accusatus esset parricidij: nec eum reclamantē audieris: appellantemq; nō admitteris: dicens: apostolos illi te **Gregorianos** datum: nec modo **Gregorianos** dederis: in soleas eum conijciens atq; cōpedes: sed etiam **Neronianos**: qui eum acerbissimo cruciatu quæstionaris: sumus admirari tuam hanc temeritem: ut neque nos sis teritus: nec ius ipsum. **Sciebas** autem esse nobis tui castigandi facultatem. **Q** si posse te id efficere

Solon

Qui ppter
malā adm/
nistratiōē
reipublicæ
dānati sunt
Paulus iurif
consultus

Lactantius

Scipio **Nas-**
cica

Theophra-
stus

Gregoriani
apostoli
Neroniani
apostoli

cogitab
tionis cū
ad aert
Tandem
est aut
me dicit
pallio q̄
indignat
tuo cum
q̄ q̄ dicit
sunt ut q̄
intelligat
mauerat
ne quid
rium at
nita del
creant
ad nos
na. Tunc
causant
quid non
sunt con
tustolu
tū q̄ q̄
mauerat
atione
ne de m
rj. Nec
Fac ne
Ab hoc
Inhibeo
Nihil au
Nolunt
auterint

cogitabas: cum id obseruare interdum liceat: ne appella-
tionis officio: iuris tollatur executio: succedebat qđ anim/
aduertes: illud Terentij: **S**ummū ius: summa iniuria ē. **T**erentius

Tandem ne deinceps hunc dilaceres: si dilacerandus nō
est: aut ubi plectendus sit: ne nos paruifacias: quibus mini-
me deferas inhibitiuis hisce litteris tibi præcipim⁹: ne qđ
posthac appellatione pendēte innoues in **L**ælium: ni ma-
lis indignationem experiri nostram: quinimo ad nos con-
tinuo cum **L**ælio mittas omnis ea in causa processus: cum
ijs quæ ab illis pendent & emergunt: & etiam ijs connexa
sunt: ut quid rite iudicaturi simus: & qđ tu recte iudicaris:
intelligamus. **R**ursus in eos soles imperium exercere: qui
maiestatem lædunt: cum iam pridem cōmiserimus tibi:
ne quid eiusmodi iudices: quod crimen ad maius audito-
rium atq; tribunal pertinet. **V**erum & remanerēt impu-
nita delicta: lædentem maiestatem in seditione publica: uel
cruento facinore: aut qui læsisse accusaret: abs te captus
ad nos remitteret uigilum diligentissime custoditus ma-
nu. **T**u uero captiuos eiusmodi criminosos aut cōtinuo
cædis: aut absoluis: aut clanculum ea tractas: ut a nobis co-
gnosci non possint: nulla (ut censendum est) alia de causa
nisi ut concutias & corruptelis delinitus demolitusq; po-
tius tuo lucro q̄ publicæ cōsulas dignitati. **Q**uobrem hoc
tibi quoq; inhibem⁹: ne quomodolibet læsam cognoscas
maiestatem: aut publicam seditionem: aut cruentam fa-
ctationem: aut conuenticulas: aut rapinam & manipolium:
ne & magistratu priueris: & omni re tua. **E**x **M**ediolano
vj. **N**onas **M**aias.

Crimē læsæ
maiestatis.

Synonyma inhibitiua.

Fac ne hanc te in causam deinceps intromittas.

Ab hoc iudicio posthac omnino cessa.

Inhibeo tibi onmē hanc causam.

Nihil ausis deinde in **L**ælium attemptare.

Nolumus licere tibi posthac quicq; in eum.

Auferimus hac inhibitione tibi onmē in eum facultatem.

TITVLVS LVI

niūm: & suorū conciuū ac proximorū inimici: ac in superos ingratiſſimi: a quibus cum acceperint beneficiū in legendis pluribus q̄ cæteri ſoleāt: abutunt munere: indigni quidē quibus mūnera dimittant. **Lex** igitur hac epiſtola enūciatur uobis ſingulis ſubditis noſtris ac terrarum noſtrarū incolis: accolis atq; aduenis: ne quid poſt hac temere præſumatis frumenti: uel exportare: uel exportādum alio uenūdare ſub noſtræ indignationis pœna. **Ferremus** enim tam grauiter ut grauius nihil eſſe quiret. **Ex Mediolano Nonas Maias.**

¶ **Legis enūciatiua familiariffima.**

Enūciamus hac epiſtola publica uobis legē quam ædidiſimus: indiſtāq; uoluimus noſtris omnib⁹: ut nemo ſeſe in galliā: aut mercādi cauſa cōferat: aut quīs occasione inuenta uel cauſa: ne incurrat & rei quā ſecum deferat perditionem: & quadrupli ſolutionē. **Nec** q̄ nō obediuerit quicq; expectet a nobis gratiā. **Quid** em̄ ineptius eſt in principe q̄ ſi eorū miſereat a quib⁹ cōtemnit? **Cauſas** aut̄ huius legis: & multas & eqſſimas fuiſſe: oēs exiſtiment. **Nihil** ſolemus p̄p̄rā meditari: præſertim in gallos: cū quibus ſum⁹ nedū antiqua familiaritate cōiunctiſſimi: uerū etiam affinitate deuincti. **Sed** ita nūc opus eſt factō: ut aliquando nos oino nō negligāt: & arbitrent̄ poſſe noſtros ſine illorū uinere nundinis: ex quib⁹ omnē totius orbis theſaurū pdire iactant. **Occurrūt** & alia quæ neſciūt: quib⁹ ſatis eſt obediſſe. **Ex Mediolano. iij. Nonas Maias.**

¶ **Legis enūciatiua grauis.**

Nō iniuria Cecrops Athenarū inſtaurator inſtituit: quod Cecrops a **Solone** nō modo mutatū nō eſt: at potius confirmatū: **Solon** ut ſingulis urbibus atq; principibus fas eſſet: ſibi ſuiſq; legem dicere. **Itaq;** id in cūctos licere populos lege publica **Iuſtinianus** ſancitum a **Iuſtiniano** legim⁹: & a **Theodoſio** cōprobatū & prius inuentū. **Nā** ut urbes quæq; ac principes alias habent nationes atq; cauſas: ſic eis leges ſubminiſtrant. **Itaq;** in ægypto ſyluas cædi nefas eſt. **In Liburnis ac Epiro: ubi**

Scæuola

Mutius Scæuola

Virgineus

Lycurgus

robora Ioui sacrata eē dicunt: sed publica: nō cædi syluas: est nefas. Græcas mulieres ad circū saltare non dedecuit: at latinas saltare: dedecet. Regibus ob raritatē quondam dabat̄ purpura: nec multo ante imperatoribus Thracia: nūc omnes ea indui possunt. Alicui uineta sunt rarissima: ibi pœna mulctant̄ qui in uineas prodeunt. At in Creta: Naxo: Chio: Champania: Liguria sunt fertilissima & plurima hæc: neq; exigit̄: nec indicit̄ pœna. Recte igit̄ uoluit legis ferendæ ministrū Scæuola: diligentius considerare: abrogaret ne lex: aut derogaret: rursusq; inbiberet: an licentiam daret: atq; iterum pmitteret ne aut uetaret: & id omne: aut aliud ad temp⁹: an semp cū hisce uis pararent̄ legum ferendarū ratiōes: aliudq; ex alio iustū ac honestū nasceret̄. Nā Mutius legē statuit ut uinū mulier siqua biberet: uestalis eē sacerdos nō posset: turpiterq; nobili nuberet. Id in hūc usq; diē legis uim habet: ut Romanæ mulier uino uti turpe sit. Semp igitur obseruandū institutū est: qm̄ conducebat pudicitia atq; modestia. Virgineus decreuit: ne mulier i templū iret nuda caput: nisi tegeret̄ undiq;: ne cui uisa placeret. Id hodie nō obseruat̄: uel peioribus fortasse tēporibus: uel moribus hæc nō admittentibus. Leges ergo seruiunt & causis & temporib⁹: & sunt ferendæ non sine causa: sed non nunq; ignota plurib⁹ cā. Vanū em̄ esset uocare uel minimos quosq;: ubi lex ferenda foret: qui aut causas audirēt: aut assentirēt. Ut em̄ uulgus est ineptū: ita in cōtrarias sæpenumero sententias traheret̄. Vbi uero multitudo foret dominantū: in illud incideret̄ Lycurgi: cū declarauit: qre plures dños Lacedæmonijs nō decretisset. Nūc aut̄ & nos tulim⁹ duas leges: quas exposuimus populis: ut obseruent: Aliam decimarīā (ut uet̄igal decimarū quod nostris maioribus iam dudum tradi cōsueuerat: nescimus qua incuria uel ægestate tempoꝝ desuetum) in usum redeat. Aliā salis: ut idē in sale uet̄igal expēdat̄: qđ iā annū cētessimū circiter solebat. Si quis enim admiret̄; reuocare nos hæc tam obsoletas

leges &
tione m
ratione
quo nec
primip
infinita
fuerit
fiteret
uigilab
centum
pleurer
nem sal
& poma
uo est
Decim
scimus
stris hab
nores
ramor
putiq; in
amarem
uicibus
reueret
betous
talq; uo
incurra

Legem
Abrog
Scitor
Non est
Reddit
Nenos la
Constitu
Cipimus a

TITVLVS LVI

leges & populo odiosas: aut tacitus conquiescat: etiã ratione non audita: aut hũanitate nostra functõ hãc habeat rationem: p id tps has fuisse uectigalium abrogatas leges quo necessitas urgebat & metus. Nã in uæbementissima primũ pestilentia: ui: annũ centesimũ circiter exactũ: tanta fuit turbæ paucitas: ut salis tradendi conditionem opus fuerit incidere ac expectare ut populi crescerent: quibus sal traderet: nõ quia nõ essent supstitibus illis opes: quibõ uectigal ad se pertinens traderent: sed quia nos in condu cenda tanta paruitate: salis amitteremõ potius ex precio q̃ lucraremur. Nunc aut in pristinam redeuntẽ cõditio nem: salis a nobis nostrisq; uectigalibus emendi & preciũ & pœnam illam indicimus: & legem eandẽ quã in Archi uo est inuenta nostro: reuocatam in usum: annunciemus. Decimarũ autem legem p id temporis obseruari desisse scimus: quo finitimi nobis bellum cõminati multos ex no stris habuere cõsentaneos. Gobrẽ & nos inualidi ac mi nores natu: & metuentes ne quid seditionis obesset: tole rauimus quã ppli uoluerũt: q̃q̃ inique in nostros reditus pristinaq; seruitutẽ uolenterq; constituta. Nũc aut reuo camus eam legẽ in usum ueterem: enũciamusq; omibõ re uocatã: hortamurq; ne qs obseruator nos irritet: cogatq; reuidere quãtũ simõ hactenõ passi detrimẽti: uobis qd̃ de bebatis nõ soluẽtibus. Leges ergo q̃s reuocatas innoua tasq; uobis enũciamus obseruate: ne pœnam grauissimã incurratis. Ex Mediolano. iij. Nonas Maias.

Synonyma legis enũciatiua.

- Legem hanc a nobis latam esse: uobis enũciamus.
- Abrogasse nos hanc legẽ significamus.
- Scitote nos ei legi derogasse.
- Non est amplius ea lege (nostro iussu) abutendũ.
- Reddimus uos ea de lege certiores.
- Ne uos lateat: hanc nos legem edicere.
- Constituimus eam seruari legem.
- Cupimus a uobis intelligi: eã nos legẽ decreuisse.

TITVLVS LVII

Quæ lex fuit hætenus obsoleta de decimis: in usum reuocata nunc est.

Legem salis olim iacentem nūc e somno surrexisse: uobis enunciamus.

Ne abutimini posthac ea lege.

Redijt ea lex in uim pristinam.

Facio uos cōmonitos: meo iussu locum esse legi Agrariæ.

Reddidimus legi Iulix suas uires.

In suū antiquissimū robur illud reuocauim⁹ legē Corneliã

Nō est dubitādū de sicarijs: q̄a lex est a nobis in eos facta.

Quid noua nostra lege decreuerim⁹: uobis enūciamus.

¶ Titulus. lvij.

¶ Læticiæ notæ nūcia familiaris.

Plutarchus

Quam mihi uita hoc tempore iucūda sit: hæc ep̄la nouæ læticiæ nuncia tibi significabit. **S**um em̄ illo **Plutarchi** ductus ad scribendū hoc quoq; cum ait uoluptatē amicis significatam amicorū perinde ac propriã esse. **Q**uo enim a me differs alio q̄ corpore? **A**nimo sum⁹ ambo quidē uno. **I**taq; quod mihi lætum est: lætū esse tibi pariter non dubito. **N**on uideſ igit̄ alienū a ratione: si te participē facio rei tuæ. **S**um aut̄ in hac urbe plurimū honoratus: a principe maximopere: qui nō solū præsum monasterio: qđ & ingenij acrimonia: & inconcussa mente: & summa prudentia opus est gubernare: sed in multis exerceor maximisq; rebus in cōubijs transigendis: discordijs plurimorū sedandis: amicorum animis recōciliandis: componendisq; causis interdū difficillimis: quibus & si uiro longe præstantiore foret necesse: supposito tamen tantū industria: ut nequeam non gloriã reportare plusq̄ optatam. **I**d ego tamē diuinæ tribuo benignitati: quæ mlto largit̄ seruis plura q̄ sint promeriti: eo magis eos ad uirtutes: pietatem: æquitatem: charitatēq; inuitans. **A**b hæc autē sum ad finitimas per plures inuitatus prædicationes: nō qui merear esse tā attente uocatus: quasi aut sanctus sim moribus ac uita: aut ingenio doctrinaq; maximus ac disertissimus: sed eadem

ut opinor diuina largitione: quæ ut plura in me cõfert: eo me uocat in grandiore sui numinis curâ. **H**æc sũmatim babes intelligisq; q̄ lætus sim: & q̄ te (q me amas) oporteat lætũ esse. **Ex Mediolano pridie Nonas Maias.**

Laticiaæ nouæ nũcia familiarissima.

Tam sum hoc tpe lætus mi frater: ut plane gestia. **R**ediit em̄ ex **Syria** pater meus ditissim^o. **P**ossumq; posthac non angere: ut solebã futurã uitæ conditionẽ meditatus. **N**am ut nõ te lateret: qbus nõ est in hoc orbe summũ æs: ij mustitãt/ diuites læti sunt. **D**ices in uirtute diuitias sitas esse. **N**ec id Iuuenalis qdem inficio. **S**ed ut Iuuenalis inq̄t: baud facile emergũt in umbricio quorũ uirtutib⁹ obstat res angusta domi. **C**rede mihi (qđ **Q**uidius apud **N**asonẽ legit (miseros prudẽtia prima relinq̄t: & se/ de ponto sus cũ re cõsiliũq; uenit. **L**aticiaæ nouæ sit igit̄ hæc eplã sed familiarissima nũcia: cui⁹ & te pticipẽ esse uelim: quẽ amore adeo me scio: ut oia mea sint tibi cõmunissima. **Ex Mediolano. Nonis Maijs.**

Laticiaæ nouæ nũcia grauis.

Qui primi oim læticias hominũ mentib⁹ instituerũt: eos (ut **H**esiodus docet) superos fuisse censeo. **N**am mœrorẽ **H**esiodus certe/ lachrymas/ labores/ languorẽ/ & reliqua animi perturbationes recte poetæ noctis & **E**rebi filias declararunt: **E**umenidasq; ultrices ab inferis pdire: quæ nõ sinant iniu. **E**umenides cũdos conquescere: at delectationes a cœlitibus traditas: & **C**harites a dijs pcreatas nõ iniuriã descripsere. **N**ã quæ **C**harites mens inquieta uel pturbata qcq̄ potest uel recte iudicare: uel nõ poti⁹ errore ad iudicandũ induci. **V**t em̄ **A**ristote/ **A**ristoteles le teste: temeritas obest cõsilio: sic rationi pturbatio. **Q**uo fit: ut neq; afflictus possit nõ temere iudicare: nec nõ pturbare. **A**t deus optimus cũ mercedẽ uoluit rite sibi obtemperantib⁹ polliceri: **G**audete inquit & exultate: qm̄ mer. **C**hristus ces uestra copiosa est in cœlo. **G**audẽt & lætent̄ angeli afflentes superis: **A**ffligunt̄ & torquent̄ dæmones mali dã/ nati apud inferos. **L**aticia quæ nos acceperit noua: est tibi nũcianda: ut cognoscas: q̄ me deus foueat. **V**bi legebã

inē nōros quotidiana illa philosophica & theologica : quæ
 nostra esse nō nescis: uenit qdā furiosior potius: q̄ sapiētī
 or: sed neq; rudis: neq; nō disertus: q̄ uoluit me temptare:
Angelus rogauitq; qd existimarē esse Angelū: bonū respondi nun
 ciū. **At** ipse male inquit accipis. **Nam** si angelus bonū per
Euāgelistæ se nunciū significaret: frustra dicti sūt **Euāgelistæ** boni nū
 ciatores: aut **Euangeliū** bona nūciatio: cum: **Eu:** apud græ
Eucharistia cos idē sit: qd' apud nos bñ: unde & **Eucharistia** bona gra
 tia. **Huic** ego: dic mibi bone uir: q̄uis id etiam pprietas uo
 cabuli nō sonet: posset sonare uocabulū re ipsa: **Negāte** il
 lo. **Sic** ego: Inuētus dū **Saluator** in medio doctoz; in tem
 plo rñdens & interrogās illos: **Ad** doctores oēs intelligi
 mus: q̄ docent: quo qdē uocabulo & ij dici possunt: q̄ præ
 sunt litterarijs laudis. **Vnde** id potius censendū est esse de
 theologis doctoribus: q̄ de reliquis dictum: **Propterea** in
 qt: q̄ dei filius nō nisi de diuinis censendus est solit' cōmē
 tari. **At** & homo christus erat: & inter homines uersabat:
 & tunc admodū erat puer: cur nō sic de humanis ut de di
 uinis? **Qm̄** quod erat in templo cum doctorib': id signifi
 cat: cū alio loco dixerit: **Domus** mea domus orationis est.
Huc ego te demū puexi quo uolebā: ut faterere uocabu
 lū illud uniuersale ad omēs doctores: ad eos hic restringi
 solos: q̄ de diuinis rogabāt atq; rñdebant: præcipue cū le
 sus ad matrē dixerit: **Nescitis** in ijs esse me oportere quæ
 patris mei sūt: **Angelus** igit' & si nō bonū poti' nunciū: q̄
 nunciū absolute significet: cū tñ diuinus sciat nūcius esse:
 bonus intelligi debet nuncius. **Quā** euangeliū dictū est:
 ad excellentiā diuini uerbi dictū est. **Obstupuit** ille tam di
 fertus: ut dicē: græcus uocabuloz; interpret: nec ausus est
 obijcere quicq; aliud me sibi satisfecisse perpulchre dicēs.
Id & si non est læticiæ maximæ munus per se: nunc tamen
 sūma me affecit uoluptate: cū inuidi nōnulli existimarent
 nequire me qcq; aduersus illius dicta respondere. **Læticia**
 igit' hæc fuit hoc maior: quo cæli sunt liuore tincti q̄ cū tibi
 amicissimo cōmunem esse sciem: quē unice amo: & a quo

amari
 lapas
 Mag
 Pradi
 Pradi
 Nidob
 Aftius
 die neq
 Lexica
 Tam
 unq; op
 Non ex
 uentu
 Quid e
 Fallit
 Ego rñ
 me pu
 Præcip
 Quæ ut
 Debat
 de eode
 Et si m
 princ
 cū filii
 us sine
 ni mole
 non est
 pides e
 ria Heli
 princip
 us diu
 neq; inci



TITVLVS LVIII

amari plurimū opinor: **A**d te scripsi: ut nō min⁹ tua sit uoluptas hęc: q̄ mea. **E**x Mediolano. viij. Idus Maij.

Synonyma læticię nouę nūciatūa.

Magna me tui fratris uidēdi læticia cœpit.

Haud facile dixerō: q̄ lætus nūc sim.

Hęc uoluptas in me maxima q̄dem est.

Nihil hoc tpe iucūdius esse mihi potuisset.

Affectus sum tuo filio uiso tanto gaudio: ut maior ullum esse nequeat.

Læticia est hac in re mihi maxima.

Tam lætus sum hoc tuo munere: ut ampli⁹ esse nō posse unq̄ opinor.

Non existimabam unq̄ ad me tantā ulla pro re læticiā peruenturam.

Quid est cur lætius uiuere queā: q̄ nunc uiuā?

Fuisti in me lætificādo propensissim⁹.

Ego tā lætus sum hisce tuis acceptis litteris: ut lætiorē esse me posse nō ducam.

Hoc gaudiū cōe tibi esse uolo: qđ maxime me lætificat.

Cura ut tā lætū me semp efficias: q̄ nūc effecisti.

Debebā tibi plurima: sed qđ me a deo nūc lætū effeceris: debeo dedicoq̄ me totū.

Titulus. lviij.

De filio principī nato lætificatiua familiaris.

Et si multa sunt argnmenta: quibus omnis fortuna nostri principis nos debeat plurimū oblectare: tū hoc imprimis: cū filius natus est ei. **T**unc enim intelligim⁹ nos esse diuiti/ us sine cura ī pace quieteq̄ nostra facturos negocia & om/ ni molestia uacaturos. **N**am ut **H**omerus ait: cui principī **H**omerus non est fili⁹: is perinde ac priuatus populis uir. **A**t ut **E**ur/ **E**uripides pides dixit: principis fili⁹ lætificat populos. **A**t non inu/ ria **H**esiodus inq̄t: **N**ihil est tam populis exoptandū: q̄ ut **H**esiodus principī filius sit: cuius se facie quasi solis aspectu a tene/ bris diuidi posse censeat. **N**atus igitur nostro inuictissi/ mo principī filius tam nos reddidit omnes lætos: q̄ quic/

quid usq̄ uoluptatis cōtingere quiuisset. **Q**uid em̄ si sapie-
bamus: uabemētius optabam⁹? **N**ostris deniq; precibus
supplicationibusq; superi satisfecerere. **P**uer nat⁹ est nobis:
ut illo utar **C**hristiano: & fili⁹ datus est nobis: cuius fide ac
prudētia possum⁹ aliqñ iustissime regi: pacatissimeq; gu-
bernari. **H**anc uoluptatē nostris oibus cōmunē esse reor:
uegetiā illis ad quos nihil hęc successio p̄tinet. **M**anifesto
em̄ quotidie intuemur & cometē: & alia cæli signa p̄ prin-
cipib⁹ apparere: q̄ppe quorū ortu atq; interitu fiūt & defi-
ciūt plurima. **Q**uot em̄ uni⁹ obitu principis: cui⁹ nō sint suc-
cessionē hære des ulli filij possessuri: mutatiōes factas esse
legim⁹: uidimusq; nō nunq̄. **A**t nomē hoc filij cobibet oia:
nihilq; p̄mittit aduersi patrari: nihil insidiarū a finitimis pa-
rari. **G**audete igit̄ & nos uobiscū hoc tam optato bono: &
alios nostra læticia gaudere sil' docete: ut & nostra sua cau-
sa intelligat: finitimos etiā nostros lætos esse. **E**x **M**edio-
lano. vj. **I**du Maij.

¶ Pro filio principi nato lætificatiua familiarissima.

Quod plurimū oēs optabam⁹: sumus hoc tandē summis
innumerabilibusq; supplicationib⁹ consecuti ut natus sit
nostro principi filius. **O** q̄ scitus est infantulus. **F**acies pri-
Aristoteles ami: ut **A**ristoteles ait: digna est imperio. **N**ihil habet cū
plebais cōmune: tā formosus est: tāta p̄ceritate mēbroꝝ:
tā egregie robustis nodis ac internodijs. **A**dmirant̄ hunc
matronæ: natūq; dicūt iā triennē existimandū. **Q** sit hęc
huic uniuerso regno uabemēs læticia: inde potes cōiecta-
ri: qd̄ ut optabam⁹ & sperabam⁹: ita dubitabam⁹ nunq̄ nō
posse a supis consequi. **D**e oꝝ beneficio factū est: ut & nos
uotis nostris largitionē intuerim⁹: & de hoc principatu
sit subditis uniuersis spes bona relicta. **N**ā ut est princeps
noster prudētissim⁹: & gubernat nos sapiētissime: sic filiū
instituet sui similit̄: ad omnē uirtutis gloriā. **L**ætēmur igit̄
& exultem⁹ oēs: hoc tā iucūdo & foelici munere. **E**x **M**e-
diolano. vj. **I**du Maij.

¶ Pro filio principi nato grauis.

Antiqui
lii p̄tinet
obre Pe
regi
primus
maxim
tar: Qu
ogloer
Thobas
lucros
utrent
le crude
bucul
eta: in
teret
certa
tus sit
cur' ai
tate: di
de Lyra
uipil
uolunt
p̄tē: la
conas
non
sed e
odit
ni no
Qui
infē
non
nepo
Num
crude
pallu

Antiquissimus populorū mos extitit: ut cū principibus fili-
 lij nascerent: omne sūmā læticiæ genus declararet. Quā-
 obrē Persæ undiq; cū munerib⁹ eo casu cōueniebāt: ut & Persæ
 regi gratularēt: & psaltis chorisq; publicā exultationē ex-
 primerent. At ægyptijs regibus aliqñ plus dicit: uno filio Ægyptij
 nato: tributū accessisse: q̄ cū totius anni redditus mitteban-
 tur. Quare apud illos trito id cōperat usurpari (ut Plato Plato
 inq̄) uerbo: boni sunt anni fructus: si filius regi natus est.
 Thracibus uero regibus solebant occurrere cū sacrificijs Thracibus
 sacerdotes pæana canentes: cuius auspicijs bonis filij cre-
 ti forent illis. Quem qdem ritū cū dirimislet Diomedes il- Diomedes
 le crudelissimus: populis odiosissim⁹ fuit. At Arcades ha- Arcades
 buerūt Lycaonē semp infensum: posteaq; Arcadē (quē po-
 etā iure fabulant in ursum esse uersum: qm̄ patris metu la-
 teret in syluis) pepulisset ex regia: coegissetq; profugū in
 certa latere sede. Nā si gratulandū est principi cui fili⁹ na-
 tus sit: multo debet eo filio magis lætari pater cuius est: &
 cui⁹ cū salute sua cōnexa est salus. Q̄ si uero modo nō lætatur: Qui filios
 sed eius interitū quærit: is merito est oibus odiosus eiecerunt
 & Lycaonis promeritus est cognomentū: eoq; peius qd̄
 uel ipsi lupis suis afficiunt fœtib⁹. At Tantalus rex tam il- Tantalus
 lustris: q & Europæ magnas rexit urbes: & grandem Asiæ
 partē subegit: iccirco coactus est demū in se suosq; mores
 omnes poetas plura fingere: q̄ cū haberet Pelopem filiū: Pelops
 non modo lætus eo nō erat quē amabat uniuersa græcia:
 sed eū a se pepulit: & exulare coegit: quē græci imprimis
 odiū eiusq; uirtutē sibi regem asciscentes: ab eo suæ regio-
 ni nomen dederunt: eamq; Peloponnesum uocauerunt.
 Quid Agenorē in mediū afferā: quē phœnices pari sunt Agenor
 insectati ratione: quod Cadmū a se filiū abdicasset: Is autē Cadmus
 non multo post in Boetia Thebas condidit. Atyagem in Atyages
 nepote Cyro eiiciendo damnant: & Amulium in fratris Cyrus
 Numitoris eiiciendis nepotibus improbant: & Laium Amulius
 crudelissimum in Oedipo filio feris mandādo: sui sceleris Laius
 passum esse pœnas dicunt: propterea quod non læticiam

TITVLVS LVIII

publicam (ut debebant) exegissent: sed dolorem acerbissimū: qđ ab omni naturæ ui alienissimū & uidebat̃ & erat. **Q**uo em̃ debēt iucūdius exbilarari parentes ac auī: q̃ si filij nepotesq; nascant̃ a qbus propagari uideant genus suum suæq; immortalitati studeri. **T**am est imortalitas sola (cuius uident̃ esse omnes: quāto maiores & magis sunt illustres: cupidissimi) bonis omnib⁹ exoptanda: ut cū aliqd acquiritur: unde possit ea quicq; nancisci muneris: in eo sit omnis mens occupata: ab eo pendeat uoluptas ois. **Q**uare sapiētissime dictū est apud **V**irgiliū illud: **O**m̃is in alcano chari stat cura parentis. **N**atus igit̃ nunc nobis filius & nos sūmope lætos fecit: & ut ep̃las eius causæ lætificatiuas ad amicos mitterem⁹ atq; subditos fecit. **L**ætati certe nos sumus supra modū: nō solū ea iucūditate: quæ communis est patrib⁹ singulis: ut filioꝝ successione uiuant: sed ea uoluptate quæ nos nobiscū subit: ut uideam⁹ tam parari: qui nobis obeuntib⁹ aliqñ: ut mortales sum⁹ interituri: nostro nomine ac nutu: iuste sapienterq; uos om̃is moderet̃ atq; regat. **Q**uid em̃ est dubitandū populis: ne pace uiuāt trāquillissime: cū bene natū regē habent̃? **A**t uobis amici ac fœdere mecū iuncti cōmunē iccirco uoluptatē hāc reor: qm̃ ut patrimoniorū sunt filij: **D**emosthenis instituto: sic debent paternarū esse amicitiarū hæredes. **Q**uare ut ego uester semp̃ fui: nullaq; in re diuisus a studijs & uoluntatibus uestris: sic fili⁹ hic futur⁹ est me⁹ paternæ mētis æmulus: ad quæ oia sic institua: ut in eo aliū meiplū uos esse natos: sitis nō multo post intellecturi. **G**audete igit̃ mecū: & publicæ huic læticiæ festos hisce dedicem⁹ dies: cū sacris etiā ut talis in uos filius futur⁹ sit: q̃lis pater antebac semp̃ extitit. **E**x Mediolano. v. Idus Maij.

Vir. j. æne.

Demosthenes

Synonyma p̃ filio principi nato lætificatiua.
Lætandū est nato principi filio.
Cōmunis nos p̃ nato nobis regulo uoluptas capiat.
Eandē agam⁹ læticiā p̃pter natū nobis principis filiū.
Choros & saltus ad eam⁹ p̃ nobis nato principis filio.

Gaudere
 Publica
 tunc
 Succes
 contul
 Sumus in
 hoc die h
 opollit
 Tanta læt
 lictissim
 Ob natu
 ultare.
 Qui me
 fantē
 Qui p
 me n
 Qui m
 sum
 Viridoni
 uerud de
 dom be
 Quide
 filios o
 set. In
 domes
 re cum
 moper
 qui nu
 Sinos
 tibos
 paratis h
 tates
 illima. It

Gaudeant oēs hoc nato regis filio.

Publica est hæc non priuata læticia: quæ nostro principi natum sit pignus.

SUCCESSURUS nostro regi nunc natus infans communē in nos contulit uoluptatē.

Sumus tam summa detenti læticia propter principi natū hoc die filium: ut nihil uoluptuosius: nihil iucundius dici possit.

Tanta læticia tenemur cūcti: ut nihil addi possit ad cumulum: quia filius est principi nostro nunc natus.

Ob natum nunc mihi filium: cupio uos mecum pariter exultare.

Qui me amāt: hanc meā exultationē propter natū mihi infantē sibi communē faciāt.

Qui particeps est meæ iucūditatis: quia natus sit mihi filius: non me minus longe exultabit.

Qui meus est uel affinis uel propinquus: natū mihi filiū meū summopere lætet.

Titulus. lix.

De filia nata lætificatiua familiaris.

Viri boni iurisconsultoꝝ illud maximū uitium considerantes: uel duce natura: non minus filias amant: quæ filios. Eodem beniuolentiæ gradu suo semine natos prosequuntur.

Quā obrē Artaxerxes una dicebat sibi nata filia: duos sibi Artaxerxes filios quæsiuisse: quoniā Horontem sibi generū adoptasset. Inde fit: ut neque natura repugnet: nec interdū cōsuetudo: nec ius hominū: ut amentur filia non minus: quæ filij. Quare cum mane sit nobis nata filia: & nos lætati sumus summopere: & ut lætentur æquæ amici nostri: plurimū cupimus: qui nullis a mente nostra uideantur esse studijs abhorrentes.

Si nos igitur amatis: uos subditi publicā læticiam choris/salutibus/supplicationibus triduanis efficitis: omneque uoluptatis honeste genus exercete. At uos amici/patres atque fratres: declarate cæteris mea quæque nobis esse communissima. Ita enim me deus adiuuent: ut non minorem ex hac

nata filia uoluptatē suscepim⁹: q̄ si fili⁹ ort⁹ foret. In hac no-
stram nos solabimur senectutē: arbitrabimurq; nascituros
nobis nepotes oēs filios fore: uobis (ut opinor: & curabo)
gratissimos. **Ex Mediolano. iij. Idus Maij.**

¶ De filia nata lætificatiua familiarissima.

Cum nobis sit nata filia: sumus non mediocriter lætati: si-
ue qd̄ nullū haberemus antea pignus: seu quod eo pacto
nos ad amandū inuitet natura hominū hac in re ductrix
atq; gubernatrix. Cupimus aut̄ eadem esse lætos iucundi-
tate cæteros: qui nobis sunt ullo uel amicitiaē uel propin-
quitatis deuincti genere: uel clientelaē ac seruitutis subditi
debito: ut patefaciant: nulla in re uel mœsta uel læta: sese
a nostris mentib⁹ esse disunctos. Itaq; quo pluribus ac ma-
iorib⁹ publicæ læticiaē signis hæc cōmunis mibi uobiscūq;
reliquis finitimis omnibus uoluptas declarabitur: eo mibi
rem gratiorem & chariorem effeceritis. **Ex Mediolano
pridie Idus Maij.**

¶ De filia nata lætificatiua grauis.

- Quāq;** natura docet: nō minus amari debere filias: q̄ filios
Plato (ut **Plato** docet) tamen est & illud nobis argumētum: qd̄
ueteres omnium doctissimi non sine causa: una uoluerunt
Cicero appellatione mares fœminasq; dici filios: ut **Ciceronem**
legimus: cum ad filium filiāq; scribebat: dicere solitū filios
dilectissimos. **At** principibus **Assyrijs** qui primi omniū re-
gna gubernarent: non minus filiaē succedebant q̄ filij: nec
Medis rursus: nec **Græcis** si & in **Argiuis** uideantur & in
Plato **Thebanis** plurima. **Nec** me deterret qd̄ **Plato** uoluit mulie-
Quid. i. me- bre semē esse fœminā: uirile uero marē: qd̄ & **Naso** decla-
tamor. rauit illo **Deucalionis** accepto **Pyrrhæq;** oraculo: ut quot
quot lapides post se iaceret frat̄: mares: quotquot soror:
Aristoteles futura fœminā qdem essent: cū **Aristotelē**: quē sequunt̄
hodie oēs sapiētes: sciamus oēs filios patris dicere: nec cō-
Plato iugē aliud quicq; operari q̄ tellurem: quæ acceptū foueret
fit: ut mater tam amet sincere igitur filiū marem illum qui/

den que
mente in
differe
mence
no pater
commu
filioz
epelle ad
to cerro in
admare
hos ante
natos: qd̄
sine lab
firmata
contin
q; inte
inter
uolue
ne
non con
Quo
per con
est
fuit
telig
Qu
nobis
nec r
untur
hanc
uolup
nostra
ac nob
supplic
telor: 2

dem quem ipsa non genuit: **Vt** ea communis & studijs & mente uiro ide m pignus amat: quod sine uiro nunq̄ edidisset: sic amet & pater filiam qua nisi coniugi fuisset adiuumento: nunq̄ illa peperisset. **Quid** q̄ **Aristoteles** testimonio pater plus filia afficit necessario: mater uero filio: **Nā** cum mater non auxiliaris sit: sed quæ auxiliū postulet: illū filioꝝ amat uerbementius: a quo plus intelligat aliquādo se posse adiuuari: cuiusmodi marem sibi futurū adiuumento certo scit: qui naturæ ductu patris supstes: matrē possit adiuuare. **At** pater q̄ auxiliator esse solet: & ea de causa filios amat: ut ipsis adiuuēto sit: iccirco diligit natas plusq̄ natos: quoniam maribus omnia sunt profutura: fœminæ sine subsidio patris male sint habituræ. **Quid:** quod hinc affinitates principibus quærunē q̄ plurime: quibus solent contineri principatū nerui: successionesq̄ stabiliri. **Nam** q̄ inter **Casare** & **Pompeiu**: inter **Danaum** & **Aegyptū**: inter **Astyagē** & filia natū fuerint dissidiæ: discordiaq̄ nō uulgares: id ne qdem reliquos ad minus amandas cōmoueat filias: cum & ille id quidem accerbissime tulerint: & non omnes eadem sunt filia: non omnes ijdem generi. **Quanto** **Oedipo** iucūdiior filia: quæ cæcū est patrem semper comitata: & ea qdem tutata diligentia: ut nihil ei potuerit esse hac sublata iucundum: cum hac nihil pene molestum: **Quot** possemus easdem in mediū afferre: qbus intelligeret: nō lætos esse posse patres min⁹ filia nata q̄ filio: **Quid** si interdū & multo magis: **Hinc** ubi nunc nata est nobis filia: nec minus lætati sumus: q̄ si filius nasceretur: nec minus alios esse lætos decere opinor: qui nobis afficiuntur. **Itaq̄** uos qui nobis estis subditi: debetis publicam hanc læticiam exercere: ut intelligatur a nobis nostraq̄ uoluptate pendere uestram: quos nihil alienum a mente nostra factitasse aut facturos certū est. **Vobis** autē **Damici** ac nobis fœderibus deuincti: non edico nec præcipio: sed supplico: & si æquū est pro mea in uos fide: rogo atq̄ obtestor: ne minus sitis in hac læticia publica me minus iu-

Affinitates aliquā sūt causa discordiarum.

Oedipi filia

eundi festiuicq; q̄ ego & fuerim & sim & esse cōstituerim.
Nolim enim quēq; arbitrari: quoniam filia sit: aut nos auaricia ductos: dotis adimplendæ causa: aut ullo doloris genere pellectos: confusos existimari. **A**mente nostra nihil est alienius nituperatione: nihil nobis cōmunius & antiquius cupiditate gloriæ: ut facile cognosci possit: nihil mihi simulandū aut dissimulandū. **Q**uare cū & ipse tere lætor: & uobis lætandū esse ducā: rogo ut hanc publicam læticiam sic exerceatis: ut exercui ego hæctenus. **Ex Mediolano Idibus Maij.**

Synonyma de publica pro filia principi nata læticia.

Lætandū est publicæ p filia principi nata.

Nihil uoluptatis omittendū est pro ea quæ nata est principi filia.

Cum creta sit principi nata: gratulandū est ei.

Nobis summopere gaudendum: quia filia est regi nostro creta.

Post satā regi filiā: & ipse exultat: & nos exultam⁹.

Sūma nos uoluptas cōsequat⁹: qñ filia regi nata est.

Nihil potest hoc tempore nobis iucundius esse: q̄ q̄ regi sit nata filia.

Pro ea læticia: qua rex noster exbilarat⁹ ppter natā filiā: & nobis pariter lætandū est.

Nihil est publicæ prætermittendū festiuitatis: ut principē imitemur in nata sibi filia.

Tam est dux noster p filia sibi nata lætus: ut nobis identidem faciundū sit.

Faciemus rem duci iucū dissimā: si propter filiā ei natā publicā læticiā exercebimus.

Q gratissimi possum⁹ esse ducti: pro eius filia publicā exercentes festiuitatē.

Ob filiā duci natā debem⁹ & choros & salt⁹ p urbē agere.

Afficiem⁹ ducē incredibili iucūditate: si p filia sibi nata ut ipse iubet: publicā læticiā ostendem⁹.

lam den
 tam duc
 nihil nob
 os p p p
 festiuitat
 diuere cā
 magi Loo
 cauallet
 gu precip
 te: g celo
 em bodu
 ita eius it
 ptatē. A
 fuit acer
 & public
 tumel p
 tens ingu
 ropozant
 na: Perch
 red Nolm
 frub ut p
 babere ac
 Hoc ego
 bis præ
 xij. kal
 (D
 Fugatus
 bis tanto
 acerba c
 semp sup
 centū dū
 pocala: g
 uatū inco

TITVLVS LX

¶ Titulus. lx.

¶ De hoste fugato uel cæso familiaris.

Iam deniq; cæsus est noster hostis: q nos atq; nostros om̄is iam dudū infectat⁹ est om̄i psecutionis ac odij genere: iam nihil nobis est timendū amplius. **I**mitari debemus **A**ssyri⁹ **A**ssyri⁹ os: qbus pro hoste cæso faciebant nō publica solum sacra: sed festa triduana: ut declararetur omnibus q̄ hosti cauen dū foret: cū eo cæso tantū exultare. **A**t **P**ersæ inter eosq; magi **Z**oroastres instituto cōstituerūt: ut quicūq; hostem cæcidisset: nō solū publico donare^t munere: coronaq; ma gni precij: sed in^t ciues sūma ualere^t & auctoritate & gra tia: q cæso qdem hoste ciuitatē omni metu laborasset. **V**t em̄ hostilis manus calamitatē inducit nōnunq; maximam: ita eius interempti conditio maximā affert urbibus uolu ptatē. **A**t **S**empronius **C**appadociæ rex iam pridē in nos **S**empronius⁹ fuit acerbissimus: **I**n nos usus est omnium inimicitiarum **r**ex cappa docia⁹ & publicæ & priuatarum genere. **A**ffecit nos nedum cō tumelijs/conuitijs/probrisq; q̄ plurimis: uerum etiā quo tiens in agrum nostrum excursionibus nixus est: prædas reportauit: captiuos duxit: omneq; scelerum exercuit ge nus. **P**recabamur superos: ut hui⁹ nos pestis metu libera rent. **N**ostra cūra sublatus est: deniq; superatus & cæsus in frustra: ut publica læticia merito debeam⁹ dijs imortalibus habere ac dicere gratias: q nobis hunc sustulerūt morbū. **H**oc ego & in templis & in plateis agēdū inbeo: qd̄ & uo bis præcipio: quos scio mei studiosissimos. **E**x **M**ediolano xvij. kalendas lunias.

¶ De hoste fugato uel cæso familiarissima.

Fugatus est demum noster acerbissimus hostis ille: q no bis tanto fuit nonnunq; terrori: a quo sum⁹ aliquando tam acerba calamitate confossi. **Q**ui iuste dimicant: sic solent semp superos adiutores sperare. **A**t qbus iniquitas ē ad de certādū pposita: ijs iminēt suporū cōsilia: & a tergo mūdi pericula: qbus facillime pplexi ac irretiti nihil pnt euitare demū incōmodi. **Q**d̄ q̄ uerū sit: uel ex uno hoc hoste no

bis nūc fugato turpissime: fiat in reliquos cōiectura. Quot
 fœdauit modis nostros ois: Quib⁹ est in nos iniuriarū gra/
 dibus nixus: Quid omisit calamitatis: quo nos nō cōfere/
 rit: Pridie hui⁹ diei: cū in agrū nostrū plurimis & uiolētissi/
 mis qdem: ut uidebat⁹: satellitib⁹ comitatus fecisset impe/
 tū: dijs fautorib⁹ populo nostro nobis comite in eū occur/
 rim⁹: oppugnauim⁹: ex suis multos occidim⁹: coegim⁹q;
 demū terga turpissime uertere: tāq; fugatim⁹ fortiter: ut
 nunq̄ audeat amplius de nobis expugnādis cogitare. Vo/
 bis publicā significo læticiam: quam & nos exercem⁹. Ex
 Mediolano. xvj. Kl. lunias.

¶ De hoste fugato uel cæso grauis.

- Græci** inuenere græci uictoriæ genus: quo q̄ potirent in hostem
 & lætari publicæ deberet: & suos amicos subditosq; ad læ/
 ticiā eandē inuitare. Non em̄ sp̄ captiuis ducit hostis: ut
- Plato** in triūpho ligatus fidē faciat uictoriæ: sed aliquñ est: q̄ **Pla/
 tonis** instituto malit̄ armatus mori: q̄ inermis triumphi
 pompam & catenatus augere. Aliquando sunt ea condi/
 tione qdem hostes: ut terga uertere poti⁹ uelint: q̄ uel cæ/
 di uel capi. Quāobrē trophæū a græcis dictū est triumphi
 genus: quo non duceret captiuus hostis: nec eius urbs ul/
 la subacta esset. Huiusmodi genere uictoriæ **Babylon** uisa
 est sæpius & potita: unde illud poeticū: **Babylon** spoliata
 trophæis. At **Ninus** assyri⁹: **Cyrus** **Persa**: **Alexander** **Ma/
 cedo**. **Cæsar** **Romanus** cū sæpenumero uertissent in fugā
 hostes: & ex eis mltos interemissent: raro tñ triūphasse di/
 cunt. Sed ab **Assyrijs** ipsis ad **Persas**/**Medos**/**Græcos**/**Ro/
 manosq;** deinceps hic mos institut⁹ est: ut cū uel caderet
 uel fugaret hostis ipse: publica fieret exultatio: qbusdāq;
 ornatissimis donaret muneribus q̄ cecidisset siue fugasset:
 ut & alij ad eandē inuitarent uictoriā: & in eū qui uicisset
 ppli regesq; nō uiderent ingrati. Profecto laudat̄ adhuc
- Hannibal** illud **Hannibalis** supra modū: qui cum **Marcellum** cuius/
 dam fortudine constantiaq; coactum terga uertere: uel

nō mō:
 dicitur
 bō et
 tū in
 & au
 ferat
 tant
 uel
 fōn
 dōc
 Qd
 trā
 uolū
 cū
 uilim
 prius
 ensu
 las
 Pub
 dōm
 lōd
 C
 f
 Sc
 C
 C
 M
 Q
 nos
 iacit
 Ob
 N
 sus
 Pro
 Aff
 pte

nō multo interliminio accepisset: eū donauit in urbe præ/
 dijs: in castris autē corona: quæ summū preciū habuisse p/
 bibeat. **I**d ubi Carthaginēses admirarent: quærerētq; cur
 tm̄ in eū muneris cōtulisset: ut & reliqui dixit: idē conent:
 & uos ingratos nō me reddam accepti bñficij. **S**citis fuis/
 se nobis iam dudū crudelissimū hostē **Cleophilū**: q; nobis **Cleophilus**
 tam fuit molestus: ut dirior esse nemo posset. **H**uc deuen/
 tū est ut aliqñ auderet: uelle nobiscū de nostris agris paci/
 sci: nosq; in tam asperā angustāq; calamitatē ac fortunā rei/
 dacti fuisset⁹ ut salua uita cupemus oīa nra illū possidere.
Qd & transegisset⁹ (ut nō nescitis) si cōfidere illi tuto po/
 tuisset⁹. **S**ed ut pfidissim⁹ erat: ita nullā pollicitationibus
 oibus fidē adhibendā cēsebam⁹. **C**ura nostrorū militū for/
 tissimorū inquā & cōstantissimorū fugat⁹ est primū triduo
 prius q̄ interimeret. **M**ox in præliū animosior solito redi/
 ens: cū pugnaret sæuissime nihil sine cruore nostro postu/
 lās cæsus est: cui⁹ nescit manu: plurib⁹ cōfossus uulnerib⁹.
Publicam læticiā & nos fecimus: & uobis faciendā iccirco
 ducimus: ac si æquū est rogamus. **E**x **M**ediolano. xv. **K**a/
 lendas **I**unias.

Synonyma de hoste fugato uel caso lætificatiua.

Exultandū est ob fugatū hostē nostrū.

Sæuissim⁹ ē nobis iterēpt⁹ hostis: ex quo lætādū ē publice

Cædes nri hostis crudelissimi nos ad publicā iuitat læticiā

Cur exultare palā nō debem⁹ cū fugat⁹ sit nob nri hostis.

Mlto nos magis reliq; puocat ad lætādū hostis nri fuga.

Quod cæsus sit noster hostis: ut princeps lætus est: sic &
 nos esse debemus.

Iucūditissima sim⁹ mēte: cū hostis noster fugatus sit.

Ob cædē hostis nostri gestiam⁹ choros & salt⁹ exercētes.

Nihil est publicæ nobis festiuitatis præter eundum: ut cæ/
 sus est noster hostis.

Pro cæde hostis nostri: quæ satis sit publica festiuitas⁹

Affecit nos hostis nostri fuga: demūq; cædes tanta uolu/
 ptate ut incredibile dictū sit.

Omni cura in publicā debem⁹ læticiā attentos nos ob cæsum hostē exhibere.

Tanto nos metu cæsus hostis liberatit: ut possim⁹ esse iucundissimī.

¶ Titulus. lxi.

¶ De familiarib⁹ negocijs familiaris.

Bias apud
Plutarchū

Negocia mea hic publica nulla sunt. Sum em̄ uir in monasterio clausus: & ciuilia nulla quæro: quæ ad monasteriū at tinēt: curo. Priuata igit⁹ & familiaria negocia sūt plurima: quibusq; trāsfigendis nō mediore opus sit ingenio: atq; q bene trāsfigit (ut dixit apud Plutarchū **Bias**) laudari maximope possit. Nā in sūma reꝝ oim charitudine mibi tenēda est in monachos abūdatia: in sūma loq̄citate silentiū pcurandū: in omī ægritudine adhibēda ualītudo. Verū ego q̄to difficiliora sūt negocia familiaria: eo cōstanti⁹ pseuero: paratā mibi saltē apud eū mercedē ratus: q cōpensator est laborꝝ æquissim⁹. Tu rē habes: intelligisq; qd sūmatim de negocijs meis familiarib⁹ ad te scribi possit. Cura tñ ut cito his difficultatibus liberatus ad uos eam. Ex Mediolano. xiiij. kalendas Iunias.

¶ De familiarib⁹ negocijs familiarissima.

Antoni⁹ hic priuatim agit nihil. Est cū principe temp⁹ (ut aiūt) terens. Nusq; em̄ exercet ingeniū: cūq; uideat se ocio perdi: suā fert ruinā perbelle. Familiaria igit⁹ negocia eius: de qb⁹ te rogas faciā certiorē: nulla sūt. Vide quo redactus sit: ut neq; uelit impensæ domesticæ sibi faciūdæ laborē: sed domū se alterius cōferat: a quo accipiat: qd comedat: dato ei maiore precio: q̄ opus sit. Nescit (ut paucis agā) sibi uiuere: nec alijs qdem. Sæptus hūc interpellauī: accusauī: cōminatus sum. Narrat fabula surdo. Ex Mediolano. xiiij. kalendas Iunias.

¶ De familiarib⁹ negocijs grauis.
Pittacus Et si mibi familiare uideat esse graue posse (ut **Pittac⁹** inquit unus ex septem) est tamen inter familiaria qdem ipsa
Aristoteles qd̄ præ cæteris possit appellari graue. Vt em̄ uult **Aristo**

teles: ex duob⁹ malis minus malū illud esse: qđ alterius re/
 spectu possit bonum uocari: sic & in hisce reliquis relinqui
 tur cognoscendū. Nam inter familiaria si quid ad honesta
 tem eximiā turpitudinēq; muliebrē attinet: si qđ ad filio-
 rū egregiā laudē aut uituperationē pertinet: illud graue
 dicendū reor: de quo serio: non familiariter tractandū sit.
Nunc igit^r ut rem oēm accipias: quā ego epistolæ hoc gra
 ui genere scribendū ad te uolui: filius meus religionē in-
 gressus est: ea qđem (ut opinor) sententia fortasse: ut bon⁹
 fieret. **I**n mundo em̄ iam dudū sibi cœperat desperare: q̄
 cū uniuersum circuisset terrarū orbem: nec usq; sibi relicū
 ullū uideret amicitiaē genus: ad id tandem ordinis statuit
 deuenire: in quo bene modesteq; uiuere cogeretur. **S**ed
 ubi aliq̄diu inter sacerdotes uersatus est: decreuitq; sacer-
 dos initiari: & initiatus est & factus: & multo tñ peior eua-
 sit q̄ antea fuerit unq̄. **N**unc prepat urbem mulierib⁹ uacās
 & gulæ: ocioq; incumbēs a deo pdite: ut nulli se dedicet ar-
 ti: nulli studio. **S**i q̄ hūc accusant: irridet eos: ut iam in iocu-
 lariū uersus: publicus monachorū scurra censeatur. **A**me-
 uero non semel & a matre castigatus simulat aliqñ quicq;
 sed nunq̄ respiscit. **H**æc sunt quæ ad te grauiter scribēda
 nō neges. **N**ā ut pondus res habet: nō paruū ut me inter-
 dum affligit: sic & tibi molestū fore non dubito. **S**cio enim
 q̄ me ames: & q̄ te mea quæq; cōmoueant in læticiam læ-
 ta: in mœrorē luctuosa. **V**erū ne me ducas: hāc perditionē
 hominis tantifacere: ut nequeam recreari. **E**a mente fero:
 qua quod iam inueteratū est malum: & qua ipse fert meū
 pro se dolorē. **A**d ipsum em̄ hoc plus longe: q̄ ad me per-
 tinet. **S**i bonus erit: & sibi cōducet: & me afficiet uolupta-
 te. **S**i malus: sibi obierit: hæc habes. **E**x Mediolano. xij. ka-
 lendas Iunias.

Synonyma de familiarib⁹ negocijs.

Nihil hic agimus domi.

Meus filius ægrotat.

Res meæ familiares ita paruæ sunt: ut de his nihil scriben-

dum arbitrer.

Quid scribā ad te familiare: cū nihil habeā.

Si de negocijs uis meis familiarib⁹ fieri certior: aliunde q̄
a me postula.

Pauca sunt mihi familiaria negocia: de quibus quicq̄ possim
ad te scribere.

Om̄is familia mea bene ualet: hoc est qđ de meis familiari
bus negocijs ad te scribā.

Sunt oīa mea familiaria negocia iucūdiſſima.

De meis negocijs familiarib⁹ hēs alios & scribas & nūcios.

Res meae familiares habēt ppulchre.

Latare (ſi me amas) negocijs familiaribus meis: ſunt enim
fauſtiſſima.

Cupio tā eſſe familiaria mea negocia tibi cognita: q̄ mihi.

Familiarium negociorū meorū magna me uoluptas capit.

Nihil ē mihi familiaris negocij: qđ me nō delectet plimū.

Scio te meorū familiarium negociorū curioſiſſimū: ſed habēt
oīa perpulchre: ut cupio.

Titulus. lxxij.

Publicae fidei familiaris.

Hisce publicae fidei noſtrae litteris: neminē ignorare uolu-
mus: noſtro iuſſu **L**aelio (qui has ſecū attulerit) patere ad
quālibet urbem noſtrā / oppidūq; / paſſum / arcem ac terrā
aditū ac morā : & inde reditū ſemel & ſæpius : ut ei uiſum
fuerit ire / morā ducere / atq; regredi: cū omni familia ſua:
reſq; ſupellectile: ac fortunis & bonis omnibus tam con-
iunctim : q̄ diuiſim: ac ſine impedimento / inquietatione /
uexationeq; quacunq;. **Q** ſi cui deberet aut ſubdito no-
ſtro: aut locorū noſtrorum incolae: aut alienigenae quicq;:
cui uel publico uel priuato deuinctus foret documēto: uo-
lumus eū in pſonis aut reb⁹ cōueniri apud nos noſtroſq;
iudices & ſatellites quire. **S**i rurfus aliquid in noſtroſq; ali-
quem: aut externoſq; commiſiſſet: quo plecti apud nos no-
ſtroſq; ualeret: derogam⁹ oī legi: quae hoc admitteret con-
uentionis gen⁹ & accuſatiōis officiū. **V**olumuſq; tandē eā

huic suisq; rebus ac psonis imunitatē adiutricem atq; fau-
tricē: ut si quo iure potuisset tam in petitionib⁹ ciuilibus:
q̄ in accusationib⁹ criminalibus perturbari atq; cogi: quasi
ad asylū cōfugisse ducat cū huiusce nostræ publicæ fidei
munimine. Iubemus iccirco nostris omnibus tā peditib⁹
q̄ equitibus: militibus: & tam tribunis: q̄ cæteris quibusq;
magistratibus: ne quomodolibet has audeant cōmentari
litteras: aut in ullo eas uiolare: aut quicq̄ ulla uia ul' exqui-
sitissima attemptare: quo min⁹ quietus cū suis oibus in no-
stris singulis locis sit ipse **Lælius**. Id si secus aut fieret: aut
attemptaret: indignationē nostram qlibet inobseruator
præcepti nostrī se sciat indubitanter incurrisse. **Ex Medio-**
lano. xij. Kalendas lunias.

¶ Publicæ fidei familiarissima.

Huius epistolæ serie uolumus oēs tam nostræq; urbiū cu-
stodes atq; magistratus singulos: q̄p milites atq; subditos
nobis quomodolibet seruientes: in nostrisq; locis uersatos
fieri certiores: patere **Lælio** ad nos aditum: & ad omnes
singulasq; terras nostras: ac loca maris sita: fluminibusq;
quælibet cū familia omni sua: suisq; ac familiæ rebus omib⁹:
sine inquietatione molestiaq; quæ uel dici posset uel exco-
gitari ob aliquot priuatū debitū: aut publicū: crimenq; qd̄/
libet. **Præcipimus** igit̄ nostris sub pœna indignationis no-
stræ: ad unguē hæc obseruari: nec qcq̄ attemptari: quo mi-
nus hæc publica nostra fides seruet. **Ex Mediolano. xyj.**
kalendas lunias.

¶ Publicæ fidei grauis.

Sunt certe qdem causæ: quibus principum animi facillime
qdem inducunt: ut illis faueant: & in ijs etiam succurrant:
quæ legib⁹ uident̄ aliquādo derogare: q̄ sunt omni laude
cumulati. **Nam** solet multos & graues & bonos uiros (ut
ait **Cicero**) uel angustia rei opprimere: ul' fortunæ casus ut
nequeāt uideri q̄les sūt: uel q̄a deficiāt a fide: uel q̄a neque-
ant obseruare diem: uel q̄a in rebus restituēdis aliquo sint **Aratus Si-**
impedimēto perturbati. **Quāobrē Aratus Sicyonius:** cū **cyonius**

in patriam (a qua iam pridē exularat) rediisset: suosq; ciuū
 aliquos: q; decoxerant magno donauit ære: aliquibus fide
Cæsar iulius præstitit publicā: ut nulli perturbarent. Cæsar autē quot
 huiusmodi fecit dona ex Gallis Romā rediens: Quot ea si
 de succurrit publica: Sūt q; hoc imunitatis genus moleste
 ferāt: cur illis quibus publica præstatur fides: aliqd etiam
 donec: cū aut multū æris debeāt / aut i ipsos etiā principes
 nō nihil iniuriarū intulerit: At si recte cōsiderāt: sine publi
 ca illos fide in eas urbes nunq; esse uētuos: malle debebūt
 uel tutos illo ire: cum qbus possint pacisci nōnihil: & aliqū
 sperare qcq; q; si minime tuti nunq; uenerint. At nō ueniāt
 inquit: absintq; potius: q; q; aut nobis debent: aut nos affe
 cerūt iniurijs: nobis inuitis ad nos eant. At principes o bo
 ni uiri: hoc solo differūt a priuatis: quod imperant: quoq;
Lycargus plurib; præcipere qdem possunt: hoc maiores sunt princi
 pes. Populorū eos multitudo atq; cōkursus (ut Lycarg^o
 ait) reddit principes. Præstat igit: ut illis interdū adit^o pa
 teat: qui pnt aliquo pacto nōnunq; pdesse: aut nunq; ob
 esse. Quid si & nobis debēt: dimittimusq; ad tempus: aut
 omīno: ut tutius nobiscū uersari uelint: Quid si uel nobis
 fuerunt iniurijs: toleramusq; ueniendi ad nos: morandiq;
 licentiam: ut potius pœnitentib; utamur: q; nullis: Læliū
 igit hui^o epistolæ publicæq; nostræ in se suosq; fidei osten
 forem uolumus semel ac sæpi^o ad nos & quælibet nostra
 loca tam terra q; aquis / urbes / oppida / arces / passus / pon
 tes / & cætera quæq; uenire posse cum omni familia sua: su
 isq; ac familiæ rebus: uel sine: ut sibi libuerit ac uisum fue
 rit: & in illis singulis die noctuq; morari: ac inde discedere:
 rursumq; ac iteq; idē efficere sine molestia / inquietatiōe / ue
 xationeq; qualibet: atq; cuiusuis generis arrestatiōe ac re
 tardatione. Non obstantib; tã priuatis q; publicis debitis:
 quib; cū instrumētis fide aut testib; aut sine: obligat^o tam
 nobis foret ac nostris: q; alijs quidē oib;: nec obstantib; qui
 busuis criminibus: quoq; reus cuiuis esset principi atq; po
 tentatui: etiā si in nos crimē læsæ maiestatis cōmississet: qui

hos
 re
 quib
 mu
 nob
 s
 sibi
 Pate
 Possi
 dicit
 Quo
 uer
 Nat
 Nat
 Pri
 Sub
 Fide
 Nihil
 Quia
 nem
 Velle
 his
 Sic
 is
 La
 fit
 Eos
 ait:
 tem
 rena
 tutio
 illinc

TITVLVS LXIII

bus quorūq; cōuentioni atq; accusatiōi p̄cessuīq; ac p̄ce-
nā uolumus hac publica fide derogatū: etiā si ea forēt: de
quibus hic oporteret expr̄ssam fieri mentionem. Iube-
mus aut̄ magistratibus nostris quibuscunq; ac subditis sub
nostrā indignatiōis hęc obseruari p̄cna. **Ex Mediolano**
x. Kalendas Iunias.

Synonyma publicæ fidei.

Sit hęc nostra fides publica.

Pateat **L**ælio ad nos nostrosq; liber adit⁹ atq; redit⁹.

Possit **L**ælius ad nos & loca nostra immunis ire ac esse: &
discedere.

Quoties placuerit **L**ælio: huc & in singulas terras nostras
liceat uenire ac regredi.

Nullū oblit̄ iudiciū ei in nostris locis.

Nulla uis aut lex obistere possit ei.

Publica hęc nostra fides eū tueat̄ ab oib̄s imunē.

Sub nostra p̄tectione cū suis oib̄s ad nos is accedit.

Fides nostra publica data sit **L**ælio.

Nihil impediāt eū: cui publicæ fidei l̄ras hasce dedim⁹.

Qui has ostēderit nostræ fidei publicæ tabellas: is inq̄ta-
ri a nullo nostrosq; ullo iure queat.

Nulla sit in **L**æliū molestiæ causa: cui sunt nostræ fidei pu-
blicæ litteræ.

Si qs in eū q̄c̄q; attemptarit: quē publica fide cōmuniūim⁹
is a nobis p̄ctendus acerbissime maneat.

Lælius nostram habens fidem publicā nulla de causa pos-
sit inquietari.

Titulus. lxiij.

Familiaritatis institutiua familiaris.

Eos sibi debēt principes familiares asciscere: ut **Agefilaus** **Agefilaus**
ait: qui sunt: uel genere uel moribus principū familiarita-
te non indigni. **Q**uāobrem cū **Iulius** & nobilissimo gene-
re natus sit: ex **R**omana quidem antiquitate: & uitæ insti-
tutione tam clara: ut merito sit inter maximorum familia-
rissimos principum admittendus: uolumus hęc publicis

familiaritatis litteris oib⁹ manifesto patere: hūc nos uobis familiarē designasse: uelleq; ut illis deinceps honorib⁹/im/ munitatib⁹/libertatibusq; potiat^r: qb⁹ familiares reliq nob iucūdissimi potiti sūt & gaudere cōsueti. **N**e qd aut uecti galis aut exactiōis cuiusq; ab hoc exigat eūte/stāteue/aut redeūte p quæuis ul' nra ul' amicor⁹ nror⁹ loca: cū suis reb⁹ oibus: ac locis siue famulis: ad numer⁹ usq; psonar⁹ sex: no stris edicimus sub nostræ indignatiōis pœna. **A**micos ue/ ro nō secus ac patres fratresq; rogam⁹. **Ex Mediolano. ix. Kalendas Iunias.**

¶ Familiaritatis institutio familiarissima.

Qui hanc ostēderit epistolā: uir omī laude cumulatis: no ster est familiaris: eūq; sic in cœtū ac numer⁹ familiarū no stro⁹ collocauim⁹: ut oibus posthac illis fungat^r dignitati/ bus ac immunitatib⁹: qbus cæteri familiares nobis periu/ cundī funguntur. **R**ogamus igit illos quoscūq; principes patres ac fratres: ad quor⁹ hic peruenerit uel solus: uel cū famulis: siue comitibus loca usq; ad sex psonas: cūq; rebus quibuscūq;: ut sine ulla hunc inquietatione aut exactiōe ire/stare/redireq; permittāt. **N**ostris aut hęc iubemus ob/ seruari singula sub nostræ indignatiōis pœna. **Ex Medio/ lano. viij. kl. Iunias.**

¶ Familiaritatis institutio grauis.

Inachus **C**omodissime puidit primus in græcia **Inachus**: apud lati nos **Cæsar**: ut i eos se familiares principes præstarēt: q laudatissimi uiderentur: & eos suis litteris insignirent: ut apud exteros pateret: q̄ pro suis meritis amarēt. **H**oc em pacto solent animi bonor⁹ ad assidue meliora & cogitāda & agenda inuitari: & reliqui paratiores ad uirtutem fieri: ut parib⁹ exemplis ad similes dignitates alliciātur. **H**is & nos nuper rationib⁹: ut alias in alios sæpe: sumus in **L**aeliū allecti: qui meritis nobis uisus sit aliqua dignitate condo/ nari. **E**st enim uir ut sūma uirtute/ingenio acutissimo/do/ ctrina singulari/probitate ac fide incōcussa: sic nos assidue obseruauit: ac statui nostro deditissim⁹ fuit: **C**onstituimus.

TITVLVS LXIII

hūcigit nostrū familiarem/aulicum/atq; comitem: in eo-
 rumq; traduximus numerū atq; cœtū: qui eiusmodi locis
 apud nos gaudent: ut illis posthac semp honorib⁹/mune-
 ribus/stipendijs/priuilegijs/imunitatib⁹/ exemptionib⁹/
 libertatibus/francesijsq; fruaf atq; potiatur: quibus frui ac
 potiri sunt ubilibet soliti reliqui nostri familiares/domesti-
 ci/aulici/charissimi qdem atq; iucūditissimi summaq; uirtu-
 te præditi. **Q**uod ut facili⁹ assequamur: rogamus obsecra-
 musq; serenissimos reges / illustrissimos duces / inclytos
 marchiones/ **P**ræclarissimos principes/ **B**arones/ **C**omi-
 tes/dominosq; quoscunq; ac magnificas communitates:
 æquissimos prouinciarū præsides/ **I**udices magistratusq;
 quoslibet/ terrarum passuūq; custodes/tribunos/uigiles/
 & reliquos omnis: ad quos: quorūue loca singula peruene-
 rit hic **L**ælius cum familia comitibusue suis ad numerum
 usq; personarum duodecim: cūq; omnibus suis: suorumq;
 bonis/fardellis/capsis/impedimentis/auro/serico/pannis
 laneis aut lineis/iocalibus/argento/supellectileq; quacūq;
 aut bonis alijs quouis nomine nuncupandis: ut eundem
Læliū tam cōiunctim q̄ diuisim immunem/liberq; inque-
 ratūq; quomodolibet/ire/stare/redireq; semel ac sæpius
 uelint: uelleg; suos omnis uel mediatos uel immediatos fa-
 ciant subditos: sine cuiusq; solutione uectigalis/datiij uel
 gabellæ/pōtatici/bulletarū/telonæi/traversiæ/fundina-
 tijs/alteriusq; cuiuslibet exactiōis mora/retentione/mo-
 lestationeq; prorsus cessante. **Q**uinimmo ei si opus fuerit
 aut requirendū ipse duxerit: de cohortibus/societatibus/
 saluisq; ductibus: omīq; prouideant imunitate necessaria
 & opportuna: quibus nos & uices nostras in multo maio-
 ribus compensaturos pollicemur atq; promittim⁹. **Q**ui-
 quid enim in hunc officij: hac nostra intercessione collatū
 fuerit in nos ipsos arbitramur esse collatū. **S**ubditis uero
 nostris quibuscūq; ac quouis nomine uocandis: hæc iube-
 mus obseruari singula: sub nostræ indignatiōis pœna. **N**i-
 bil em̄ in eum molestiæ inferretur: qđ in nos non censere/

TITVLVS LXIII

mas illatū esse cōtintio. **Ex Mediolano. vij. Kl. lunias.**

Synonyma familiaritatis institutiva.

Hic est a me familiaritate donatus.

Inter meos familiares iucūdiſſimos inſtitut^o hic eſt.

Poteſt hic atq; debet meoꝝ potiri familiaritū legib^o.

Dignus iſ eſt: q; ſit in numero familiaritū meoꝝ cōſtitutus.

Habet omnem imunitatē: quam qui familiares ſunt aliorum principum.

Pro ſuis de me meritis familiaritate mea digniſſim^o eſt.

Non eſt hic demeritus familiaritatis meæ munus: quo nuper a me inſignitus eſt.

Cum fuerit hic ſemper ſtudioſiſſim^o mei: a me factus meus eſt familiaris.

Quib^o ſoliti ſūt reliq; principū familiares potiri familiaritatis exemptionib^o: hic in mea potiē aula.

Cupio plimū huic familiari meo ſuccedere optato oia.

Nihil eſt quo mihi magis gratificent^r oēs: q̄ ſi ſeſe in hūc familiarē meū præſtiterint humaniſſimos.

Eſt hic familiaris me^o tā mihi iucūdi^o: ut qcqd in eū a quoq; beneficētiæ cōfere^r: collatū in me putem.

Qui me uult afficere ſūma uoluptate: ſit in hunc familiarē meū gratiſſimus.

Titulus. lxiij.

Conſularis dignitatis familiaris.

Plato Magna eſt principib^o diligentia conſiderandum: ut nihil agant temere: ſingula uero conſultiſſime: ut **Plato** docuit dicens: **At** principes quo reliquis & maiores ſunt: & meliora curāt atq; maiora: hæc etiā conſultius priuatis longe

Lycurgus

oīa meditent^r. **At** **Lycurgus** dicebat: uetus maiorū eſſe uerbū: ut quāto aliq; alteri antecelleret: aut dignitate: aut re gerenda: tanto eſſet in deliberādo prudentior. **Conſules** igitur non debemus nobis alios aſciſcere: q̄ & doctiſſimos: & ſapientiſſimos: ut onera gubernandaz urbium rerumq; maximarum gerendarum noſtris humeris demanda nobiſcū tueant^r: cumulatiffimeq; ſeruent. **Læliū** igit

TITVLVS LXIII

uirū optimū ac innocentissimū: ad hæc aut̄ iurisconsultissimū in nostrum consiliariū admisimus: quod hisce litteris liquere cunctis uolumus: ut cum apud amicos nostros principes: tum apud subditos illis gaudeat muneribus: quibus cæteri consulares nostri hæctenus potiti sunt: quod eos rogamus uices in maioribus impensuris nostris sub indignationis nostræ mandam⁹ obseruari pœna. **Ex Mediolano. vj. kalendas Iunias.**

¶ Consularis dignitatis familiarissima.

Hisce litteris palā sit oibus **Læliū** nostrum esse consulem: in numerūq; consiliarioꝝ nostroꝝ collatum: ut illis deinceps gaudeat præeminētis apud oēs quibus cōsulares reliqui nostri sunt ubiq; terrarū gaudere cōsueti. **Id** ut cum suis & familijs & rebus ubiq; consequatur: amicos ex intimo rogamus cordis: subditis sub indignationis nostræ præcipimus pœna. **Sic enim instituim⁹ amamusq; hūc diligēter.** **Ex Mediolano. v. kl. Iunias.**

¶ Consularis dignitatis grauis.

Eos sibi consules asciscendos regibus: inquit Polybius: quod Polybius & prudētia clari sint: & innocentia singulares & fide inuolabiles. **Huiusmodi cōsultāt reipublicæ regendæ: oneraq; nobis a superis æquitatis demandata moderent̄.** **Nam ut Agis dicebat: homines sumus: consulibus usi reges facilius Agis** intuemur: quid agamus. **Cum igit̄ hæc intelligamus: sciamusq; Læliū esse clarissimū in uniuerso terrarū orbe iurisconsultum: philosophūq; nō uulgarē: quicq; multarum experientia rerū præstantissim⁹ est: nobisq; ac statui nostro deditissimus: decreuimus in consilijs nostris secretissimis hunc residere: numeroq; ac cœtui consulū nostroꝝ addidimus: ut illis posthac honoribus simul ac oneribus uiuat: quibus nostro senatu insignes cæteri apud omne hominum genus uiuere consuerunt. **Id ut apud exteros assequatur: quotiens cum suis & personis & rebus illo peruenerit: intentius rogamus illustrissimos omnes principes eorumq; magistratus: nostris uero edicim⁹ sub indignatiōis nostræ****

poena attēti^o obseruari. Ex Mediolano. iij. kl. Iunias.

Synonyma cōsularis dignitatis.

Hic meus est senator praeftatissim^o.

Ex meis cōsularib^o: ijsq; quos plurimū diligo hic unus ē.

Non tenet hic inter meos cōsiliarios locū inferiorē.

Tanta hic est integritate: ut in senatu meo sit mihi iucun-
dissimus.

Cupio uabemēti^o oēs scire: hūc inter meos senatores pri-
mā hactum esse sedē.

Ex ijs cōsiliarijs: q sunt apud me nō mediocri uirtute clari
atq; insignes hic est delegēdus.

Habet hic meus senator ut uirtutis plurimū: sic fidei ac in-
nocentiaē.

Nulla senatorē hunc meū latet probitas.

Est me^o hic cōsul tā insignis doctrina & fide in me: ut nullā
cū hoc ausim comparare.

Virtus & modestia & eruditio Lælij senatoris mei mihi iā
dudū est perspectissima.

Tam est rara huius mei cōsularis probitas: ut hūc merito
preferā cæteris.

Tanto est multis meis cōsulib^o Lælius clarior omī laude:
quāto rariores sui similes inueniuntē.

Cupio intelligi omnibus: q; hunc senatorem meū diligen-
ter amem.

Titulus. lxxv.

Medicinalis familiaris.

Est nobis medicus praeftatissimus: q cū Aesculapio Hippo-
crateq; de medicina possit cōtēdere. Hic ē nob charissim^o
atq; iucundissim^o. Nam tā est nobis saepe usui: ut uitā nobis
sine hoc esse nullā diuturniorē posse ducamus. Contingit
hūc saepenumero: tū nra causa: tū sua negocia curatur^o p/
ficisci. Cupim^o ei sp iter tutū & expeditissimū ubiq; terrarū
esse. Id ut assequat^o clarissimos quosq; principes rogam^o in-
stātissime. Nam cū bonū hūc uirū & eruditissimū accurati-
us & imūnē sua p loca quæq; pmiserint ire saepi^o ac regre/

di: meaq; intercessione plurimū honorarint: mibi rē adeo gratā fecerint: ut grati⁹ nihil unq̄ sint affecturi. **N**ostri autē subditi hūc sciant eū esse: quē æque ac me diligo. **Ex Me-**
diolano. iij. kl. Iunias.

¶ Medicinalis familiarissima.

Qui cū hisce litteris ab uos iuerit **O** patres cōscripti: meus est medicus: mibi p̄ incōparabili sua uirtute q̄ gratissim⁹. Is iccirco istac iuit ut deuotionē suā exolueret. **C**upio ap̄ oēs eū plurimū honorari: qm̄ est mibi ob incredibilē suā uirtutē gratissim⁹: tū ob incōparabilē erga me obseruatiā æque cbarus ac ego. **S**i me amatis hūc honorate sūmope: admittite gratiose: ac excipite beneficētilime: censeteq; hoc munere uos i me nihil cōferre posse iucūdi⁹. **Ex Me-**
diolano pridie kl. Iunias.

¶ Medicinalis grauis.

Erasistratus eos recitat reges: q̄ suis temporibus uiuerent **E**rasistratus
medicis esse tā delectatos: q̄ quod maxime. **A**gesilaus ue/ **A**gesilaus
ro medicos inquit iccirco dictos esse **A**pollinis filios: quod
hominū uitas tuerentur: ut **P**hœbi luminare quicquid in
terris gignit: tueri solet. **Q**uod diligentius **N**aso comple/ **Q**uidius. j.
xus est: cum ait: **I**nuentū medicina meū. **N**um id medio/ **metamor.**
cre munus est: qd̄ pulcherrime poetæ fabulant **A**escula/
pij medicaminibus **H**ippolytū **D**ianæ restitutū **V**irbium
appellatum: **N**am qui quasi sunt difficultate morbi in or/
cum traducti: medicorū officijs uitæ restituunt. **Q**uāobrē
apud **A**egyptios **I**nachus & cultus est p̄ numine: & **O**sirīs **O**sirīs
appellatus: quasi oculus multa uidens. **S**ed non erant p̄ id
tempis alij: q̄ c̄irurgiæ periti: phisici uero nulli: ad **H**ip/ **O**ptimi
pocratis usq; tempa. **N**unc autē medicina floret: ubi & **G**a/ **medici**
lienus **P**ergameus: & **A**uicenna: & **S**erapion tam claram
reddidere medicinam: & noui sunt plurimi: quorum inge
nia facultatem hanc nobilitarūt. **I**nter quos cū habeamus
nos quidem medicū c̄irurgicū/ simul ac phisicū (ut de
cet quidem esse) omni laude præstantem: uirum probum
ac innocentem: nobisq; deditissimū: huic afficimur uæbe

TITVLVS LXVI

mētius: cupimusq; hāc in eū beniuolentiā nostrā oib⁹ esse
p̄spectissimā: sed uobis imprimis cōciuib⁹ p̄p̄inquisq; illi⁹.
Quāobrē sic existimate: nullā rem tantā esse quā p̄ uobis
ego factur⁹ nō sim: modo illi me gratificatur⁹ esse cogno-
scam. **G**audete igit⁹: & eū sp̄ existimate uobis p̄futur⁹: nō
apud nos solū: sed apud quos n̄ra poterit q̄cūq; intercessio.
Ex Mediolano Kalendis Iunij.

Synonyma medicinalia.

Hic est clarissimus medicus.

Ab hoc uno dependet ois bene medēdi ratio.

Quæ hic in medendo nō tenet: nemo tenet.

Nihil est medicinale: qđ latere hūc possit.

Habet hic oia medicinæ iura.

Est hic maxim⁹ medicorū interpres.

Tantus est hic medic⁹: ut queat cū antiq; cōparari.

Nullus medicinæ fructus hūc fugit.

Tam est hic medicaminib⁹ clarus: q̄ q; maxime.

Accipit hic oia medicorū fundamēta.

Secū hic attulit oēm medicinæ laudē.

Huic uel soli nostra tpa debēt medico.

Hic nō chirurgicus modo: sed physic⁹ est præclar⁹.

Nihil habet huius medicinæ peritia cum uulgo medicorū
commune.

Cū quo ueterū nō pōt hic me⁹ medicus adæquari:

Quo nouorū medicorū hic me⁹ nō ē maior atq; melior:

Cui cedere possit hac tempestate medico:

Tanta est medēdi peritia insignis: ut possit quasi deus co-
li medicorum.

Titulus. lxxvj.

Legalis familiaris.

Herodotus Quanti sint habitū semp̄ iuriconsulti: & **Herodotus** descri-
Cicero bit: & possum⁹ nō uulgari cōiectura cōsequi. **N**am ut **Cice**
ro inquit: ubi ius ratioq; perit illic habitandū non est. **I**usti-
Paulus iuris- ciā aut̄ ministri sunt ipsi legum sapientes: qui lites ut **Paul-**
consultus lus ait: dirimūt: discordias sedant: iras componūt: hoiesq;

TITVLVS LXVI

hominum utilitati cogunt inferuire. **L**egis ergo clarissim⁹ interpres utriusq; **L**ælius uir modestissimus ac unice quidem æquus: mibi pro incomparabili sua sapientia dilectissimus est: & cui cupiam mea intercessione: ab oïbus ubiq; terrarum faueri. **N**on quia commendaticiam pro hoc homine tam insigni laude cumulado misisse dicar (Sua em̄ sit satis uirtute commendatus apud omnis) sed ut intelligant omnes: quanti hūc faciam: quanti fieri a uobis optem: his paucis eius nomen profecutus sum. **S**ed est certe multo præstantior: q̄ cuiusq; possit litteris explicari: & cui quicq; officij tribuitur: mibi traditum esse ducam. **Ex Mediolano iij. Nonas lunias.**

¶ Legalis familiarissima.

Multis prosequeretur uerbis epistolaq; plixiore clarissimū iuriconsultissimumq; uirum **L**ælium: qui præturam nunc istic exercet: qui ut est innocentissimus: sic æquissimus: & dignus: q̄ maiori præsit dignioriq; magistratui. **E**um non ut cæteros pedaneos iudices: sed ut rarę ac præstantem a uobis cæterisq; subditis nostris cupimus honorari: cū non tam soleat lucro ad magistratus: q̄ potius glorię cupiditate p̄duci. **S**itis in huius præceptis obsequiosi: ut intelligat uos fide in me potius præstare: q̄ diuitijs: alioq; urbis ornamento. **I**d ubi feceritis: & prætorē istū mibi deditissimū sp̄ obseruaueritis: gratificabimini mibi plurimū. **Ex Mediolano. iij. Nonas lunias.**

¶ Legalis grauis.

Legum maiestatem: quā uenerādā **A**ugustus declarat **A**ugustus inquit: legū ueneranda maiestas: maximā apud omne **C**æsar hominum genus fuisse: declarant omniū nationum ac linguarū codices atq; monumenta. **N**am cū eadem tempeste **L**egū conditores primi **M**oses **H**ebraïis: **M**ercurius **T**rimegistus **A**ssyrjjs: **C**rops **A**theniensib⁹ tradiderūt leges: culti sunt p̄ dijs singuli apud suos. **N**am & Iuppiter apud **C**retenses nō multo antea: & alius eodē nomie apud **A**rcades: q̄a leges suis populis statuissent: uenerationē consecuti sunt. **I**dem de

Apolline legimus factitatū. Idē de **Aeaco**: **Minoe**: **Rhoda** māthoq; q qm iudices seuerissimi fuissēt: apud inferos dānare sūt dicti reos. **A**t nō mltopost **Lycurg** apud **Lacedaemonios**: **Solon** apud **Atheniēses** eas instituere leges: q; & **Xenophon** recitat: & ad nostros traductas intelligim⁹ or bē terraz; hodie moderari. **N**ā sine hoc iure: qd̄ expositū ait **Cicero** pplo: ut obseruet: q; bene uiuat: aut deniq; inter hoies uiuat: **Q**obrē in hunc usq; diem assidue iuris peritissimi **Bartholi Baldiq;** siles honorant: nec paruo habetur in precio. Id cū ab alijs diligēter seruet: tū a me ipso cui **Laelius** clarissimus hic iuriscōsultus est iucūdisim⁹: q cū ingenio est acutissimus: tū doctrina sapiētissim⁹: tū etiā fide innocētissim⁹. **E**ū pro tam egregia laude plurimū amo cupioq; a uobis cæterisq; meis plurimū honorari. **E**x **Mediolano** pridie **Nonas** lunias.

¶ **Synonyma legalia laudatoria.**

Quæ potest ars cū legali comparari?

Nulla facultas in urbe pōt cū iuris æquari sanctimonia.

Supat ius ciuile pontificūq; facultates quasq; reliq;.

A legū peritia uinci solet omnis in republica administranda disciplina.

Si recte ius tenes tuæ patriæ: potes in ciuitate præesse.

Prouinciæ præsidēs legalis solet ars efficere.

Tanta est legalis facultatis laus: ut nulla sit in urbib⁹ regēdis ratio: quæ cū hac audeat cōferri.

Qui uolūt ei uacare sciētix: quæ plurimū sit in regēdo foro necessaria: uacet legib⁹.

Tā est egregia legū peritia: ut præstātor nulla dici possit.

Qui deprimūt legū maiestātē: nō sunt hoies.

Hūanæ societatis fundamētū in recta legū sapiētia cōstat.

Nihil est in aliqua disciplina tam egregiū: ut a legali facultate non superetur.

Qui legalis est facultatis peritissimus: is uerā nō simulatā philolophiā profiteē.

Hic iuriscōsultus **Vlpiano** est / **Cerbitio** / **Belacq;** præstātor.

TITVLVS LXVII

Titulus. lxxvij.

Poetalis familiaris.

Cur uates sint a ueterib⁹ appellati poetæ: si recte confide- **Vates**
retur: facile inuētū sit: q̄dam fuisse hos quondā diuinitatis
apud homines ueneratione cōspicuos: ut nō iniuria illud
Nafonis legatur. Sūt etiā q nos numē habere putēt. Itaq; **Quidius**
poetaz ego præstantiā nonnunq̄ admiratus **Læliū** poetā
illustre assidue feci plurimū: cū eius sim uirtutē beniuolen-
tia profecutus: tū a quo uiderim posse quicq̄ immortalita-
tis meo qdem acq̄rere nomini. Id ut ego sic institui: sic uo-
bis fratrib⁹ meis dilectissimis obseruandū esse uelim. Cum
mea em̄ salute uestra est cōiuncta salus: a meæ mentis stu-
dio: uos natu minores studia quoq; uestra debere seq̄ spe-
ro. Ex **Mediolano Nonis Iunij.**

Poetalis familiarissima.

Poetam scitis o filij: sapientem solere interpretari: ut cer- **Poetæ**
te boni poetæ censendi sunt omniū sapiētissimi: quos nul-
la facultas lateat. Accedētē igit̄ istuc **Læliū** poetā mihi p̄
sua incōpabili doctrina charissimū: nō admiremī solū: sed
legentē assidue audite: a docētē sp̄ discite: tūc; uos mihi
plurimū gratificaturos existimate: cū ei⁹ hārebitis nocte
dieq; lateri: ut nunq̄ nō doctiores discedatis. Parete præce-
ptis hisce meis. Ex **Mediolano. viij. Idus Iunij.**

Poetalis grauis.

Ante poetas neminem inuentum esse ullius facultatis au- **Philon**
ctorē: testatur **Philon iudæus**: q̄ **Platonis** coætaneus fuit. **Philon**
Apud **Aegyptios** autē primi fuerūt omniū qui sacerdotū
& prophetaz cognomento humanaz simul diuinazq;
rerum cognitionē tradiderūt. Nam **Vulcanū Nili filium**: **Vulcanus**:
qui secreta naturæ carmine reserauit: constat poetā exti-
tisse uetustissimū. **Cadmūq; Agenoris filiu**: & **Linum** eius **Cadmus**
discipulum: a quo didicere poeticam **Orpheus Pronorpi** **Linus**
des atq; **Hercules**. At **Orpheus** primus est apud **Græcos**: **Orpheus**
q̄ scripsisse inueniatur historiam uersibus. Ante **Homerū** **Homerus**:
autem & **Hesiodum** scripsere nulli neq; medici: nec **Iuris**. **Hesiodus**:

Strabo cōsulti: nec philosophi: nec ullius facultatis auctores. **Poe**
 tag: tantū fuit ingenī: ut ab **Homero** fateat **Strabo**: uel
 historicos/ uel philosophos/ uel legūlatores suaz artium
Apollo usurpasse primordia. **T**am autē est egregia facultas hęc in/
 tellec̄ta: ut **Apollinem** poetaz deum esse dixerint: & eius
 oraculo apud **Delon** uota tradiderint. **Q**uid quot tanta
 deinceps facta carminis celebritas: ut sine carminibus uel
Dauid ipsa qdē sacra in templis nō sint prātermissa: **Q**uod ut in/
 stituit apud suos **Dauid** ille rex deo gratissim⁹: sic & in ho/
 diernū usq; diē obseruant oēs christiani: qd christianos ac
 sanctos dixi: oēs diuersaz sectaz atq; nationum cerimo/
 niā: ut psalmis hymnisq; ducant maiorē nasci celebritatē:
Quid eulogia: qd triūphantīū festa: qd cætera quæq; lau/
 de refertissima: quæ sine carminib⁹ procedere uident ne/
 gre: **A**ccedit elegātia poeticæ facultatis in referendis ijs
 oib⁹: quæ aut natura sūt aut usu referēda. **A**ccedit digni/
 tas uersuū: qui ut copiosi sint: sic etiā ingeniosi: suiq; tena/
 ces: ut nō cadāt: nō humi ser pant. **H**ęc & multo cognoui
 iam dudū in **Lælio** poeta præstātissimo plura: cui⁹ poema/
 ta fuere mihi semp tā iucūda: ut iucūdius nihil esse queat.
Cupio idē de hoc tam excellenti uiro & tibi uideri mi rex
 humanissime: quē ut cognoscas: & admireris: & non sine
 causa tā mihi gratū existimes: nup ad te uisendū misi. **V**a/
 le. **Ex** **Mediolano**. vij. **Idus** **Iunij**.

Synonyma poetaliū laudatoria.

Poetica est facultas antiquissima.

Poesim uetustatis nobilitate cæteris antecellere sciūt oēs.

Nemo ē quē lateat: q̄ sit poetica præstabilior reliq;.

Poetæ ut ingenio sūt acutissimo: ita q̄ boies magnos red/
 dere solent æternos.

Audeat ulla sciētia cū **Homeri** cōtendere facultate:

Nulla tāti ē facultas faciēda: quæ possit cū poetica cōpari.

Apoetica facultate sunt exordia nat̄æ oēs aliæ.

Tanta est laus in hoc poeta: ut in nullo maior.

Potest hic existimari par **Nasoni** aut **Musæo**.

Quis
Poet
Hic
In b
Vro
Cogn
Dant
Hic p

Hic p
nec il
ppu
reut
phet
Plat
imite
go. J
præp
dina p

Læli
uideri
legu
nō re
bo: n
nis pr
ocus
Medi

Philol
re: tum
line ph
quā bu
tant: 4

TITVLVS LXVIII

Quis est in ullis actib⁹: qui nō cedit poetis:
Poetaꝝ laus instar aquilæ sup alitib⁹ præcedit reliquos.]
Hic uates tm̄ habet salis: quantū grauitatis.
In hoc uno & doctrinā admireris & aptitudinē.
Vt cōducit tꝑib⁹ atq; rebus: ita quæq; describit.
Cogit uis: quæ assidue dicat: oēs obstupescere.
Diuina sunt poti⁹ q̄ humana: quæ hic facit poeta.
Hui⁹ poetæ siles phœnice rariore in Italia inueniri solēt.

¶ Titulus. lxxviii.

¶ Philosophalis familiaris.

Et si philosophandi sciētīā nō nullis necessariā eē duco: sine q̄
nec illi aut illi mereantē appellari suarū facultatū titulis: tā **Aristoteles**
ppriā tm̄ h̄c sedē arbitror (ut Aristoteles ait) ut is sol⁹ me, **Quis phus**
reat philosophus appellari: q̄ morib⁹ doctrinaq; philoso-
pbeē. Huiusmodi uir nūc apud uos ē o filij: q̄ ut ē doctrina
Plato: sic Catonē uita refert: quē ut & audiatis docentē &
imitemini uitā instituentē: nō iubeo mō: sed si æquū est ro-
go. Sic me faciatis uiuere iucūdisime: si illius uos seruare
præcepta uidero & instituta: q̄ mibi p̄ sua incredibili do-
ctrina pbitateq; tā est char⁹. Ex Mediolano. vj. Idus Iunij.

¶ Philosophalis familiarissima.

Læliū philosophū & uita & eruditione cupio plurimū &
uidere & audire: & sic totū amplexari: ut nōnihil ex ei⁹ me
sequatur disciplina. Vt enim pistores nequeūt ex pistrino
nō redire farinacei: sic ego discendi cupidissimus nō uale-
bo: nō ab eo quicq; & ad institutionē uitæ: & ad eruditi-
nis præcepta reportare. Cura igit̄ quantū potes ut ad nos
ocius eat: nihil apud nos ei cōmoditatis est defuturū. Ex
Mediolano. y. Idus Iunij.

¶ Philosophalis gratis.

Philosophandi sciētīā & si solent sibi propriā poetæ dice-
re: tum mathematici: tum oratores (ut Cicero docet) hæc Cicero
sine philosophia mancha iudicari. Tamen uarios habet Inuentores
apud historicos suæ laudis inuentores: Atlantem Afri ad philosophiæ
ducunt: Orphea uel Zamolxim Thraces: Linū Thebanū.

Egyptij Vulcanū: Galli suos Dryides & Semnotheos: alij autem alios: q̄ philosophiæ primordia & dederint: & amplificarint. Quæ siue a Zoroastre magorum principe: siue a Persæ: Chaldæorūq; gymnosophistis origine facultas philosophiæ diuisio sit tracta: in uberes illos diuisi sciēdi fontes: Rationalem/moralem/naturalemq; præ se fert scientiam: docetq; non solum hominē cætera: sed quid sit etiam ipse homo. Quæ sunt rerū secreta: & abditissimæ latebræ: quas philosophia non inueniat: Vbi quicq; est hominū obscurū erroribus: qđ huius ductu cura: non splendeat: Quam potest mēs hominū in errores lapsa incurrere ægritudinē: in qua non sane philosophiæ gubernaculis atq; medicaminib⁹: Reſtate **Stratonic⁹ hāc sanitatē appellat. Hæc argutis ingenijs docet cōtendendo ueſe exgrere ac inuenire. Hæc uia bene beateq; uiuēdi suis parat præceptis. Hæc facit ut arana quæq; naturæ philosopho referent. Hui⁹ ego clientes plurimū amo: imo ueros moribus ac peritia philosophos numinū instar & colo & ueneror. Audio istic docere philosophiā nescio quē Læliū græcæ & simul latinæq; peritissimū litterarū: quem q̄ audiūt: continuo incipiāt doctrina: qui uero imitantur: morib⁹ philosophari. Cura si potes ut ad nos eat: nec quicq; stipendij recusetur: quod ab me postulat: habebit quæ uolet omnia. Ex Mediolano quarto Idus Iunij.**

Synonyma philosophiæ laudatoria.

Hic philosophus est omniū peritissim⁹.

Nō minus hic est morib⁹: q̄ doctrina philosoph⁹.

Habet hic ex pristina philosophia & uitā & doctrinā.

In hoc philosopho habent quē & audiant eruditi: & imitentur boni.

Ab hoc philosopho nihil accipi pōt: qđ aut doctū non sit: aut cultū ac innocēs.

Philosophia hui⁹ est ois uera: nusq; simulata.

Nulla est in hoc labes: ois laus.

Est hic philosoph⁹ tam suæ facultatis titulo dign⁹: q̄ apud

TITVLVS LXIX

priscos ullus alter.

Quid hic habet a uirtute ueraq; philosophia disinctū.

Vt hic docet: præstat esse p̄sum q̄ scire philosophiā.

Nihil huic est cū ullo cōmune uitio ullaue imperitia.

Habet hic quæ decent philosophū omnia.

A philosopho tantū hic aberrare pōt quātū a seipso cælū.

Phīa hui⁹ nō simulata: sed suo cōueniēs est nomini.

Qua re omnes accusant philosophi: quod parū studēt in nocentiæ: hic nunq̄ accusabit.

Quod in plerisq; uidet: qui se philosophos dici uolunt: in hoc est nulla inanīs auiditas gloriæ.

¶ Titulus. lxxix.

¶ Mathematicalis familiaris.

Qui curā ijs adhibuere facultatibus: quæ sunt ab actione alienæ: sed subtilissimæ certe: non sunt multum in actione uitæ (ut Cicero docet) laudati: sed admiratione dignissimi

Cicero

q̄ res secretissimas non multū in usu uersatas sibi & procurauerint: & summa indignatione sint assecuti. Nā astrono-

Astrono-

mos reliquosq; mathematicos & chaldei primū inuento,

mia inuēta

res: & uniuersa deinceps Græcia quasi numina quædam in terris coluit.

Gobrem cōstitui omnino his te mi fili uacare facultatib⁹: ut aliquñ futurorū interpres possis fieri ad bene beateq; uiuendū instructior: atq; minus difficilis.

Ex Mediolano. iij. Idus Iunij.

¶ Mathematicalis familiarissima.

Improben mathematica rerū omniū bonarū irrisores isti mordaces ut uelint: ego te ijs uacare decreui.

Quid enim arguti⁹ ac uerius ea inueniēt scientia: quæ paucissimis nota res aperit futuras: musicā docet cōsonantiā: metiē tellu-

ris uel abditissima quæq; ac uno ic̄tu mltos accumulatur numeros: Hæc ut est rarior: ita & mihi iucundior: & uisa ho-

mine nobili dignior. Huic igit̄ operam omnē adhibe.

Ex Mediolano pridie Idus Iunij.

¶ Mathematicalis Grauis.

Viciniore solis ortui primi ab Herodoto: Straboneq; re-

Herodotus

Strabo

t

Inuentores citant oim astronomiã inuenisse: **Zoroastrenq;** dicũt aliq
astronomiã (Platonẽ secuti) deorũ immortalũ hanc nobis dono cõpe/
rissẽ. **Alij** uero inquisitionẽ diligẽtius inuenisse. **Ptolemaũ**
aũt admirant: q post tot annos tã egregie sit i illis uersatõ:
& doctrina & rerũ expientia: quã uix ij primi attigissent.

Homerus **Homerus** aũt & astrorum cursus: & mensurationẽ: nume
ros: harmonicasq; describẽs aliqñ cõsonãtias: uix sibi cre
dat in summa rerũ oim difficultate cũ dicat sine testibõ p/
bationi fidẽ adhibendã. **Ego** & ueterũ & nostrorũ i his fa/
cultatibõ cõsiderãs laudes: uolutãsq; nõnunq; mecũ animo
quãti fuerint: sintq; assidue præscij q possunt ex ijs funda/
mentũ & ueritatẽ elicere: qui sunt oim obscurissimĩ: & ad
miror & ueneror: si quos itueor eiusmodi mathematicos:
q uera sint laude digni. **Puto** em̃ hac aut puidere: aut ri
mari: non tam bñanitatẽ officũ esse: q̃ potius diuinitatis.
Qobrẽ cũ istic quo te mi fili discendarũ misi bonarũ artũ
gratia: factõ sim certior mathematicũ esse uirũ nõ officio
lum minõ q̃ ingeniosum: hoc est & doctissimũ: & bonorũ
amãtissimũ: ad eũ te cum hac eplã cõferas cõtinuo uelim:
ipm̃q; meo nomie roges: tibi sese nõnunq; disciplinas suas
impartiat: sed ea quidẽ sollicitudine qua solet amicos. **Nã**
cũ nulla tibi sint ijs in artibõ principia: est inchoandũ a cha
racteribus (ut aiunt) ut facilius ad calcẽ peruenias. Id si tibi
cõmodaturũ se pmiserit: intelliget ppediem nõ cõtulisse
officiũ in ingratũ. **Nã** ut meapte sum natura in eos omnis
liberalissimus qui me aliqua donant gratia: ita in huiõ ope
rã conabor superare meã & naturã & consuetudinẽ: ne se
unq; iactet me uicisse officijs decertantẽ. Esto tu modo stu
diosus. **Ex Mediolano** Idibus lunij.

Synonyma mathematicalia.

Doctissimus hic est arithmeticus.

Acutissimus est astronomus.

Diligentissimus est geometer.

Sonorus & suauissimus est musicus.

Huic sunt cœli secreta cognitissima.

TITVLVS LXX

Ab hoc possumus futuros accipere rerum euentus.

Hic maximus est & certissimus uates.

Huius facultas ab astris nihil habet disiunctum.

Tam est huius animus in stellarum consideratione compositus: ut uel somnians inter sydera uersetur.

Qui hunc hactenus ignorauerunt: sciunt posthac astronomorum rarissimorum excellentissimum esse.

Plurimum laudant omnes hunc mathematicum: at ego prorsus admiror.

Neminem mathematicorum esse cum huius scientia comparandum: arbitrator.

Est hic ut in reliquis mathematicis clarissimus: sic in astrologia solus nostra tempestate Ptolemæus.

Albumazar (cuius hic nititur studium) ab huius scientia iudicis longe ac late se uictum esse fateatur.

Nullus est mathematicus in ulla natione hoc tempore huic similis.

¶ Titulus. lxx.

¶ Omnium artium familiaris.

Primus omnium Gorgias legi leontinus ita sensisse ut oratorē se nemo auderet profiteri: qui nequiret de omnibus quæ ab eo quaererentur respondere. Quod cum plerisque in locis uideatur & Tullius affirmare: mirabile certe munus in hominibus esse cælitus duco: ut oratoria sit omnium artium & disciplinarum artes complexa unusque orator inter omnes que at reliquarum artium professores: quasi in propria uersari officina. Quare cum ego in gymnasium istud te litterarium miserim ut discas: fac ut omnino te dedas oratoriam quam scimus omnium artium esse complexam facultatem. Ex Mediolano. xix. kalendas Iulias.

Gorgias leontinus

Tullius

¶ Omnium artium familiarissima.

Cum intelligam istuc oratorem esse clarissimum: qui sit tam inter omnes scientias familiarissimus singularis: ut admirari cogat omnes earum professores: cupio ad eum amandum sequendumque te accingas: nocte dieque ab eo non discendas. Nullum ei nego suæ disciplinæ precium. Nihil si me

amas: prætermitto: quo te illo posse gratificari cognoueris. Afficies eo me pacto tanta uoluptate: ut incredibile dictu sit. Ex Mediolano. xvij. Kalendas Iulias.

¶ **O**mnium artium Grauis.

Simonides
Hesiodus
Tullius

Quæ poetas aliquando audiui: affirmauitque oportere omnium artium esse peritissimos: ut omnia recitantes nihil ignorarent ut Simonides & Hesiodus docent: non tamen hoc munus oratoris minus esse duco quam poetarum. Nam ut Tullius dixit: Si de medicina defensionem sit orator intercepturus: aut de astronomia: aut de re militari: quibus poterit argumentis eius tueri causas: nisi eas ipsas tenuerit artis: in quibus uersabitur defendendis. Certe non iniuria concluditur: uix singulis ætatibus singulos tolerabiles oratores extitisse: cum reliquarum facultatum plurimi semper extiterint & professores & peritissimi. Non parum est in persuadendo se unum omnibus exhibere audiendum: qui & dicendo auditorum animos in sententiam trahat: & suadendo ac dissuadendo: in omni re uertat quo malit. Quod autem hoc scire quolibet deceat: qui sit ullius facultatis honeste laudem habiturus benemerens: uel ab omni hominum facultate cognoscat: Theologis: Medicis: Iurisconsultis: qui nisi hac oratoris uis atque maiestate annuntiantur: nihil uel predicando: uel medendo: uel in agendis causis proficiant. Oratorem ego rite fateor ueteres imitatus omnium artium quedam complexorem esse: quod Cicero Demosthenem secutus uoluit: cum oratione homines bestiis antecellat: eadem bona & sapientiam reliqua præstet hominum laudibus: sitque uel hominem longe maior & præstabilius. Huic adhibeas omnem diligentiam & industriam uolo: nec ad ullum te ullius facultatis officio conferas potius quam ad urbem istius oratorem: quod clarissimum est: sic etiam nostrum amatissimum. Ex Mllo. xvij. kalendas Quintilis.

Cicero.

¶ **S**ynonyma omnium artium:

In hoc uno est omnium artium excellentia.

Nihil ex cunctis est bonis artibus quod hunc lateat.

Potest hic solus ad omnia cunctarum artium abditissima respondere.

Tam
quod
Nulli
Habit
Sola
et
Quæ
horat
Quæ
scien
Ad
Nihil
Orat
lig
Tan
ta

Milit
tam
ueter
scit
rube
Prog
mie
lipp
simil
cõll

Qui
beas
scit
rand
singul
tibred

Tam est hic orator bonarū artium singularē peritissimus:
 q̄ nullus apud ueteres extitisse p̄bibeat̄.

Nulla ex arte quicq̄ est huic incognitum.

Habet oim hic facultatū singulos qdē locos p̄spectissimos.

Sola est oratoria cæterarum omniū disciplinarū & capax
 & particeps.

Qui sese oratorē uocat:is p̄fiteat̄ omnes artes.

In oratore nequit eloquētia sine sapiētia existimari.

Quæ sapientia decet oratorē:humanaꝝ est & diuinarum
 scientia rerum.

Ad ois artium oim fontes debet orator respondere.

Nihil eū fugiat:q̄ nō īmerito sit oratoris gloriā cōsecut⁹.

Oratorum laus in omnibus est artibus discutiendis:intel-
 ligendis:tractandisq̄ cōstituta.

Tanta est oratoriæ uis:ut omniū debeat artiū fundamen-
 ta progressusq̄ tenere.

Titulus. lxxj.

Militaris cū adhibenda fide familiaris.

Militādi certe laus:quæ nō corporis solū uirib⁹: sed mul-
 tomagis animi splēdore cōtinet̄ (ut probat **Xenophon**)
 a ueterib⁹ est semp̄ summo existimata in precio:at ita qui-
 dē:ut nō bellū modo milites in cāpis gerere scirent: sed in
 urbe patriā cōsulere dignitati ciuium suorūq̄ indēnitati.

Propterea cū se iactaret apud **Philippum** macedonē suus
 miles qd̄ fortissim⁹ foret:tibi præfero dixit elephantē **Phi-**
lippus. Cū te igit̄ militiæ dederis:fac ut nō malis bestiarū
 similis furore:cædib⁹:uiolētiaq̄ censerī: q̄ uirorū ingenio:
 cōsilio:innocētia:pietate. **Ex Mlō. xvj. kalēdas Quintilis.**

Militaris cū adhibēda fide familiarissima.

Qui militiæ tracas mi fili: fac ut te uerū nō simulatū exhibeas
 militē:q̄ nō in dimicādo:uiolādo:cadendoq̄ cogno-
 sciē: sed i uictoria cōsulto prudēterq̄ cōsequēda: in delibe-
 randoq̄: q̄ sit modestus: q̄ innocēs: q̄ pius. **Quib⁹** aut̄ hęc
 singula gradib⁹ cōsequēris a **Lælio** accipies: q̄ hęc meo noīe
 tibi reddidit epistolā:cui⁹ adhibe uerbis æque fidem:ac si

præfens expressissem. **Dicet em̄ a me ipso. Vale. Ex Me-**
diolano. xv. kalendas **Quintilis.**

¶ **Militaris cū adhibēda fide grauis.**
Qui ab ue- **Militādi facultatē ut antiquissimā censeo (Militauit Moses:**
tusto tpe mi **Militauit Cadmus: Militauit Iuppiter. Inter primos atq̄**
litarunt. **historiarū fontes Ninus: Cyrus: Xerxes) sic & præstantē**
inē eas: quib⁹ in hac uita nobis est opus. Nō em̄ ut eripiat
cuiq̄ uel uita uel res: est inuēta: ut uiolētē & impudicē q̄q̄
efficiat: sed ut si qs uelit tyrānus & uiolētus esse: militandi
peritiā ei obliſtat. Pacis igit̄ custodiā militiā uera querit:
Demosthe- **pacis fundamētū ac robur: ut Demosthenes docet. Haud**
nes **em̄ tā armis: phaleris: uagīnaq; Aeneade gaudere debet**
bonus miles q̄ potius earū peritiā facultatū: quib⁹ bñ uiui-
tur ac beate. ¶ **si castrametationib⁹ solisq; expugnationi**
bus hostiū cōstaret militiæ laus: solis quoq; constaret cor-
poris bonis: quæ longe sunt illis inferiora: quæ ad animū
Plato **attinēt. At Plato dixit artē militārē corp⁹ habere ut mate-**
riā: animū uero ut formā: corp⁹ qđ exerceat ministerio:
animū quo imperaret: corp⁹ cū bæluis cōmunissimū: ani-
Ad militiā **mū cū imortalib⁹ dijs. Ad hæc aut̄ uide qđ p̄fuerint Cyro:**
pdest mul- **Alexandro: Cæsari: uel ad uictorias cōsequēdas multarū**
tarū rerum **scientiæ rerū. Itaq; cū te tandē militiæ dicaris: cupio & alia**
scientiā. **nō prætermittere: quæ sint ad istā laudē sūmope necessa-**
ria. Hæc qualia uelim esse: Læli⁹ corā explicabit meis uer-
bis. Ex Mlo. xiiij. kalēdas Quintilis.

¶ **Synonyma militaria cū adhibēda fide.**

Clarus miles nō aio min⁹ præstati q̄ forti corpe cōstat.
Huic adhibe fidē omnē in ijs quæ tibi meo refert noie.
Hic miles optimus nihil tibi dicet: cui æque nequeas adbi-
bere fidem ac mibi.
Vera militiæ laus uerā sequit̄ mentis indaginē.
Non prudentiā minus q̄ fortitudo prodest militi.
Nihil est tam propriū atq; suum militiæ q̄ consiliū: inge-
nium atq; fides.
Nō different a bestijs milites: si solis cōstarent membroz;

TITVLVS LXXII

uiribus.

Non usum modo roboris quærit militaris gloria: sed prudentiæ uim atq; maiestatem.

Maxima militiæ laus ex multarū optimarūq; artium disciplina solet nasci.

Quid est in fortissimo turpius milite q̄ si sit furiosus.

Vt abest ab imprudētia bonus: sic abesse debet miles.

Potes huic omnē adhibere fidem: qui meo nomine docet non nihil.

Qui miles hic ad te iuit: adhibe huic fidē pro me omnē.

¶ Titulus. lxxij.

¶ **A**d conciliandā gratiā familiaris.

Fuere maiores multorū principum inter se nōnunq̄ inimicissimi: quorū hæredes amicissimi facti sunt: ut cū **L**acedæmonijs **A**theniensibus nō paruæ quōdam extiterunt discordiarū causæ: quas tempoꝝ diurnitas diremit atq; sedauit. Itaq; si tuis etiā maioribus fuerunt cum meis inimicitia: diuertam⁹ nos ab ijs odijs: quib⁹ nullæ sunt alternæ iniuriarū causæ: sed omnia pacatissima: uniceq; tranquilla.

Conciliemus p̄ deū immortalē: mētes nostras: p̄petuaq; deuinciamur fide. **Q**uod ut ego me seruaturū polliceor: sic te recusaturū nō spero. **Ex** M^o. xiiij. **K**alendas Iulij.

¶ **A**d conciliandā gratiā familiarissima.

Pluribus abs te cōmunē animorū nostrorū conciliationē deposcerem uerbis: si censerē ad id te difficilē. **S**ed cum intelligā: nihil humanitate facilius tibi: fio breuior: rogoq; nolis hanc gratiæ nostræ conciliandæ nouitatē effugere: quā sit uetustas diuturnior secutura. **N**ulla enim hoc alia de causa quærit: nisi ut inuidorū maliuolorūq; ingenijs obstitat: paceq; diutius firmissimeq; uiuatur. **Ex** **M**ediolano xij. **K**alendas **Q**uintilis.

¶ **A**d conciliandā gratiā grauis.

Nequeo non illos summis in cælum extollere laudibus: qui nullis maiorū hærentes inimicitijs: conciliata sibi

Qui ex inimicis facti sunt amicissimi.

alterutra gratia: facti sunt amicissimi: ut inter barbaros sci-
mus fecisse medos cū assyrijs: inter græcos argiuos cum
thebanis: iter nostros Romanos cū latinis: cū tuscis: cum
fabinis: cū quibus non modo sibi gratiā conciliarūt: sed cō-
nubia iunxerūt: & ppinquitatū plura genera cōtraxerūt:
Aqbus ut abhorruit ois dolus: sic & simultas omnis semp
porro fugit. **H**inc natae sunt familiaritates assiduae: tanq̄
arte cōtractae amicitiae: ut nihil inde dulcius: nihil amicus
dici queat. **H**is exemplis duci debent: qui boni sunt: quo-
rum etiā maiorib⁹ quicq̄ fuerit discordiarū. **H**ac ego per
motus ratioē: conciliare tecum gratiam cupio: nec maio-
ribus cedo meis: qui maluerint hostili cū tuis more uiue-
re: nec tuis tibi cedendum esse reor: qui ab hoc odio non
cōtinuerint. **V**bi em̄ finitimis sunt conciliatae gratiae: quid
potest deesse iucundis? **Q**uid foelicis? **O**mnia pacatis prin-
cipū finitimorū animi rident: omnia florent: omnia coale-
scūt. **F**ac igit̄ (amabo: & tu pariter) malis in hac gratiā cō-
ciliandae ratioē ppetuo uersari: cōmuniq; cōquiescere ami-
citia q̄ aliter sentire quicq; ut te facturum non diffido. **E**x
Mediolano. xj. kalēdas Quintilis.

Synonyma cōciliandae gratiae.

Nihil pluris facio q̄ ut gratia inter nos conciliet̄.

Conciliandā gratiā optat supra modū ois mea mens.

In nostrae conciliationem gratiae sunt omnes mei spiritus
inclinati.

Tam absūm ab ulla inimicitiarū memoria ut conciliare in-
ter nos gratiā plurimū expetam.

Conciliare inter nos gratiā: tam appeto: q̄ qđ maxime.

Si uideres: quo sim in te tuosq; omis animo: iādudum tibi
fuisset mecū cōciliata gratia.

Qđ prae caeteris omnib⁹ imprimis abs te quaero: est ut inē
nos conciliemus gratiā.

Fac ut cōciliata inter nos gratia: nō solū superiorib⁹ maio-
rū nostrorū odijs finis: sed futurae beniuolentiae nostrae
principiū perpetuū figatur.

Cū m̄
inte
Sino
nō
Tanti
renda
collare
chinas
Carth
herū
Euer
causa
cure
Med
Dele
nō
concl
benio
nō p̄
reco
turu
lano
Et fil
confi
prete
inim
simul
uolue
amicis
mar an
magis q̄

Cū nihil uideā tā esse nobis nostrisq; pfuturum q̄ gratiā
inter nos cōciliationē: quāro abs te ut ei studeamus.
Si nō neglexeris nostrā cōciliationem gratiā: nec inutile
tibi fuerit: nec incōmodum mihi.

Titulus. lxxiiij.

Ad reconciliandā gratiā familiaris.

Tantū esse debet (ut **Plato** admonuit) beniuolētīā cōpo
nendā uinculū: ut q̄q; post conciliatā gratiā interuenerint
odia: recōcilianda nō neget. **I**d ut in plārisq; nationib⁹ ui/
dimus obseruatum: in **R**omanis tamē imprimis aduersus **Plato**
Carthaginē: quæ & si fœdifraga fuit ac fidifraga: rursus ac
iterū impetrauit tertium usq; gratiā recōciliandæ mun⁹.
Fuere post conciliatā inter nos gratiā: uel tua uel nostra
causa suspitiones & simultates: **R**econciliem⁹ eā te rogo:
curemusq; ne quid in posterū odij possit intercurrere. **Ex**
Mediolano. x. kalēdas **Q**uintilis.

Ad reconciliandā gratiā familiarissima.

Deleamus e nostris (si libet) mentibus inimicitiarū pristi/
narū nouissimorūq; causas odiorū: & inter nos gratiā re/
conciliemus: cum minus sit turpe iudicandum: si totiens
beniuolētīā cōtraxerimus pacta: q̄ si maluerimus in iniu/
rijs ptinactus eē diuturni. **I**nimicitijs em̄ interest dāmon:
reconciliandæ gratiæ deus ipse. **H**oc me perpetuo serua/
turum promitto: **T**e autē spero nō negaturū. **Ex** **M**edio/
lano. ix. kalendas **Q**uintilis.

Ad reconciliandā gratiā **G**rauis.

Et si legē illud historiæ ueteris: **I**nimico reconciliato non
confidas in aeternum: sic tñ intelligendū **Augustin⁹** inter/
pretatur: eum qui recōciliatus est: esse rursus inimicū: qui **Augustin⁹**
inimicitias ut falleret: dissimulasset: & gratiā cōciliationē
simulasset. **A**t ego diligentius illud **H**omeri mecū animo **Homert⁹**
uoluens: qđ ab inimicis potius amor est quærendus q̄ ab
amicis odium: nihil magis appetij q̄ ut perpetuo iungere/
mur amicitīæ perfectæ uinculo: quod si quādo dissurū est
magis q̄ uel laceratū: uel discissum: uel cui⁹ causa factū sit:

omnes scimus. **M**ea certe culpa nihil omissum est: quod ad
 æternæ beniuolentiæ pietatisq; cōseruationē pertineret.
Haud ignoscant illis dii boni: qui delationibus falsis: susur-
 rationibus murmurationibusq; finxerūt odiorū inter nos
 causas: ut utrosq; suo nutu regerēt atq; gubernarent. **S**ed
 de me certe decepti sunt. **N**am nunq̄ apud me ualuit tale
 abiectissimoꝝ seruorum genus: nec tam mihi potuerunt
 unq̄ in te dicere quicq; alperum: ut aut fidē mihi fecerint:
 aut mentē pturbarint. **T**andem acta sunt (ut homines so-
 lent: alij creduli: alij coacti) & transacta plurima. **E**a infecta
 dici non possunt. **S**i meo es animo: recōcilianda est nobis
 gratia: tantūq; in futura fide firmamētī collocandū: quātū
 si fuisset ante hac: hæc cōtrouersia non intercurrisset. Id ut
 uelis te unice obsecro ego me uelle facturūq; testor ois su-
 peros. **E**x Mediolano. viij. Kalēdas Quintilis.

Synonyma recōciliandæ gratiæ.

Reconciliet̄ inter nos immortalis gratia.

Post superius odium nouissimum hoc recōciliet nos per-
 fecta gratia.

Fiat reconciliatio inter nos gratiæ: quæ deleat e mētibus
 nostris odium omne.

Subeat nos tanta pietas ut reconcilietur inter nos gratia:
 nec unq̄ amplius dirimat̄.

Qui sapiūt: nō semel: at sæpius recōciliant gratiā.

Cuius fuerint superiorū inimicitiarū causæ: nō quæram⁹:
 gratiā inter nos æternā recōciliemus.

Absit a nobis ois furor: gratia sit pennis recōciliata.

Nihil plus appeto q̄ inter nos recōciliari gratiā.

Vt est crebrius odium execrādum: sic assiduæ gratiæ re-
 cōciliatio quærenda.

Nemo bon⁹ diffugit unq̄ gratiæ recōciliandæ cōditionē.

Reconciliatio gratiæ bonas indicat mentes.

A recōcilianda gratia nō abhorrent: nisi mali.

Fiat in nostra grā recōcilianda fœdus om̄e atq; pactū: quo
 manifesto cognoscat̄ ipsam nunq̄ dissolui posse.

Quis
to qd
ra tam
causa
delicta
intelligi
publica
nec ab
seofaci
diolam

Posse
rimū
hac a
fit ut
uelim
nō hō
mittite

Laudo
de Aris
(nec ei
simile
rent;
illos ill
tes in
cuius
in lafe
ria fe
tame
cum ip
retur u
precept

TITVLVS LXXIII

Titulus. lxxiiiij.

Ad se laudandū familiaris.

Quis seipsum laudare nullū decere uideat: sitq; illud tri-
to qd' uerbo dicit: Laus in ore sordescit proprio: nihil est **Laus ppria**
tñ tam uniuersale qd' nō admittat quicq; (ut **Aristoteli** pla- **sordet.**
cuit) exceptiōis. Nā q̄ ego fuerim diligēs in studēdo ado- **Aristoteles**
lescens: dieq; ac noctu uacauerim bonis artibus: hinc pōt
intelligi qd' nō dū annū quintūdecimū fugiens docebam
publice. **Sobrie** autē uiuebā: inedia non cedens nec algori
nec aestui: sed in omni labore sollertissim⁹. Idētidē tibi cen-
seo faciendū mi fili: ut mei nō desinas esse æmul⁹. **Ex Me-**
diolano. vij. kalēdas Quintilis.

Ad se laudandū familiarissima.

Possē in te corrigēdo admonēdoq; mi discipule: me plu-
rimū laudare: docereq; q̄ essem ego laudatus ab omnib⁹
hac ætate: q̄ tu uix līarū attigisti bonarum cunabula. **Quo**
fit ut nō tā mei laudādi q̄ tui cōmonēdi grā: certo te scire
uelim fuisse me in teneris annis tā studiosū: ut maiori natu
nō fuerit multū deinceps laborādū: qd' ut puer nō præter
mittas te unice rogo. **Ex Mfō. vij. kalēdas Quintilis.**

Ad se laudandū grauis.

Laudabat se **Chiron** apud **Achillem**: ut in **Homero** legiē **Homerus**
& **Aristoteles** apud **Alexandrū**: non alia quidē de causa
(nec em̄ se iactabant: uera loq̄ebant) nisi ut discipulos ad
similes inflāmarēt laudes: & teneriora ingenia quasi allice-
rent ad imitandū. **Ego** autē qui non tibi minus afficior q̄
illis illi: possum etiā meis exemplis superioris ætatis ad uirtu-
tes inuitare atq; ducere. **Non** em̄ cū erā eiusdē ætatis fere
cuius tu nunc es ornamentum: libidinibus uacabam: non
in lasciujs educabar: non uiuebam molliter: sed quis om-
nia forent apud parētes mihi delicatissima: modestissime
tamen degebam: nihilq; curabam uæhemētius q̄ nō esse
cum ijs æqualibus: in quibus uel impudicitia quicq; uide-
retur uel negligentia litterarum. **A**deram cum senibus
præceptoribus quidem illis: a quibus & litteras simul: &

mores discere possem. Ita factū est nō multo tēporis cur-
su: ut nō litteris solū eruditus: sed uita non infusus aut im-
modestus apud omnis ciues meos factus sim plurimi. **H**is
uitæ ac disciplinæ modis te uelim ambulare: meaq; sequi
uestigia: quibus uel omne sit iter tibi futurū iucundissimū
uel nullūq; iniucundū. **Q**uid enim est quod tuam magis fu-
turam oblectet senectutē: q̄ si scias ac sapias? **S**cire autē: at
nō sapere: te minus uelim: q̄ si sapias tantū: at nescias. **A**c-
cinge te igit̄: si me amas ac te ipsum his ordinibus: teq; mi-
hi gratiorem assidue fore: censeo. **Ex Mediolano. v. ka-
lendas Quintilis.**

Synonyma ad se laudandum.

Ego semp bonis artibus uacauī diligētius.

Nulq; delij bonis facultatibus operā adhibere.

Fac ut imitere meam adolescentiam: quæ fuit in discendo
sollertissima.

Nunq; te a bonis distrabas litteris.

Imitare me præceptorē tuum: qui fui sedulus in discēdo.

Quotiens ea perges uia: qua pgressus ego sum: & litteris
simul præstabis & moribus.

Nihil est tibi laudis defuturū: si mei malueris q̄ tui adole-
scentis similem.

Omnis pueritia mea bonis est artibus exercitata.

Quid est: cur meā adolescentiā nō laudem: quæ semp est
in litteris moribusq; exercitatissima.

Decet aliqñ se laudare: ut aliq; ad idē laudis inflāmentē.

Fui puer modestissim⁹: pariter & litterarū amātissimus.

Abborruī in teneris annis ab omni scelere.

Nihil fuit mihi puero quidē odiosius ignauiā & inertia.

Si quæris ineuntis ætatis meæ rationem: uixi modestissi-
me litteris deditissimis.

Titulus. lxxv.

Sui expurgatiua familiaris.

Væhemēter a uirtute quidē aberrat: q̄ me dicet uolenter
oppressisse puellam atq; tam grauem incestum cōmississe.

Non
ei
grit
ratur
me
bus
ting
quod
no
accip

Sum
ta
ppin
runt
m
tus
es
nocer
lauda
adeo
as:ti

Nullo
u
siquod
dicat
bebi
suis
& ce
si lam
id ma
sola
ceder
nateq;
tu me
tior un
Sic
mib
tū me
tūci
cur

Non em̄ solū non sum **Prochustes** aliquis aut **Sisyphus**: q̄ **Prochustes**
 eiusmodi scelere delector: sed omni sum poti⁹ laude inte- **Sisyphus**
 gritatis & pudicitiae insignis. Nā ab ineūtibus annis inquit
 ratur: ubi uixerim: quid egerim: quid attemptarim: nunq̄
 me quisq̄ inueniet minus uacasse libidinib⁹: maiorē laudi-
 bus operā praeuuisse. Quis æqualiū meorū in ullo unq̄ uir/
 tutis genere mecū ausus est cōtendere: Itaq; nō potes me
 apud quēq̄ accusare: cui notus sim: qui tuæ mētis odium
 nō accipiat. Ex M^o. iij. kalēdas **Quintilis**.

Sui expurgatiua familiarissima.

Sum tam alienus ab hoc uitio: cui⁹ abs te sum accusat⁹: ut
 ppinquier longe sim deorū immortalū q̄ būanā uitā. No-
 runt me nō oēs solū ciues mei: apud quos i me debaccha-
 tus es: sed uniuersi latini uirū & modestia incredibili: & in-
 nocentia singulari: quē meipsū ubi nulla licet alia de causa
 laudare: tñ expurgādi mei gratia licet. Ne postbac igit̄ sis
 a deo in maledicēdo mihi sollicitus: ne simul & nihil pfici/
 as: & tibi plurimū obsis. Ex M^o. iij. kalēdas **Quintilis**.

Sui expurgatiua **Grauis**.

Nullō uideē cuiq̄ tā licere suas in mediū afferre laudes ca-
 su (quod **Demosthenes** iuquit) q̄ ubi accusatus est sceleris **Demosthe-**
 alicui⁹: a quo est alienissimus. Tūc em̄: ut deculpare se de- **nes**
 bet: suāq; (quod iuriscōsulti dicūt) innocentia purgare: sic
 suas proferre laudes illas: quarū & fiducia sibi est maxima
 & certissimā uitā ratio accusato sceleri penit⁹ hostis. Nā
 si laudant se pleriq; sui sola fiducia: nec improbanē: quāto
 id magis & eo licet ac decet sui purgādi casu? **Tullius** em̄ **Tullius** in
 sola sui fiducia sic inquit. Nā philosophandi scientiam cō- **officijs**.
 cedens multis: qd̄ est oratoris propriū: apte: distincte: or-
 nateq; dicere uideor meo iure mihi uendicare. Accusasti
 tu me inquit **Aeschines** maiestatis: At quis in patriā pien **Aeschines**
 tior unq̄: Quis plenior charitatis: Quis ciuū studiosior?
 Sic mihi nūc i te licet. Accusasti tu me inq̄ auariciae: Quis
 aut̄ me uno nō liberalior mō: sed pdigalior? Quis minus
 alieni cupid⁹ aris alienarū reꝝ abstinētor? Sciūt oēs quos

habuerim magistratus: quas sedes diuersis in locis maxi-
 mas: in quib⁹ poterā: quātū uolebā: quātūq; uix corruptis-
 sim⁹ aliq; fuisset ausus cupere. **N**eminē latet q̄ illinc nunq̄
 aliqd reportarim: qđ patrimoniū meū coaceruarit (at reli-
 qui assidue multa) ut splēdidius ac magnificētius uiuerē.
Venit ad me nō nunq; corruptor aliquis: a quo æs grande
 nobis offerret: ut impetraret aliquid. **N**ō solū nō admitte-
 bat æs illud: sed uel eius attēptator corruptelæ: si petebat
 rem turpē cū maximo reijcebat dedecore: interdūq; qđ
 tm̄ facin⁹ anhelasset: castigabat. Itaq; ne teras t̄pus uir im-
 pie: alio em̄ nō est appellandus ille nomie: qui famā alienā
 uult pdere. **N**e teras igit̄ tēpus in me accusando auariciæ
 in quē talis criminis nunq; suspitionē conijcies: faciesq; te
 semp existimari min⁹ bonū: magisq; maledicū. **S**atius eēt
 teipm̄ corrigere: supiorē emēdare uitā: me notissimū non
 laceßere. **Ex** Mediolano pridie kalēdas Quintilis.

Synonyma sui expurgatiua.

Homerus **S**um (ut Homeri sequar illud) **V**lyxes innocētissimus.
Nullum est eiusmodi in me uitium.
Absum ab omni crimine.
Omnis est in me uirtutis laus.
Decet me bonū ostendere: mei causa expurgandi.
Tu me accusas imunditiæ: quē omnes laudāt castitatis.
A quo abest auaricia longissime: falso tu dicis auarum.
Nihil est mihi cum ullo scelere cōmune: cum uirtute autē
 omni cuncta cōmunia.
Quid esse ius adeo bonū: quod ego non teneam: quē ac-
 cusas omnium pessimū.
Respisce prius quē omnes insanū ducūt: mox me quem
 sapientē uocant: appellabis insanissimū.
Tūc me cōepisti uocare malū: cū oēs optimū esse renē.
Abs te uno uocor imperit⁹: cū ab alijs oibus peritissimus.
Afficis tu ea me nota infamiæ q̄ sciūt me carere oēs Itali.
Nemo est plane in uniuerso terrarū orbe: qui me sciat in-
 eptū præter te solum.

Dicallio
leas acc

R

Vellio

penat

Schocho

inogito

remas le

bitramin

uel in m

gitare, S

natus

innocē

Ex Me

R

Cū me

dant de

me ubiq;

ducenti

uolent

de me ali

inhibe

possit

nas **Q**

R

Non in

gniti

dendit

facitaf

inducit

est nam

solem: c

scipem:

uolent

TITVLVS LXXVI

Dicassidue in me quicq̄: omnes me sciūt esse aliū q̄ ipse so-
leas accusare.

¶ Titulus. lxxvj.

¶ Reddendo se notū apud incognitos familiaris.

Vt illo utar **Virgiliano**: Sū pius **Aeneas** raptos q̄ ex hoste **Vir. j. æne.**
penates **Classe** ueho mecū: fama sup æthera notus. Est em̄
& hoc honestissimū laudandi sui gen^o: ut se reddat apud
incognitos notū: Ita mihi fas est hoc loci ac t̄pis obserua-
re meas laudes: cū uos o galli me minime cognoscat̄. **Ar-**
bitramini fortasse nō illū esse q̄ sum: & hinc fit ut nō nihil
uel in me uel de me suspicemini: quod ne quidē ausim co-
gitare. Sū ex **Insubria Mediolanensis**: nobilissimo genere
natus: theologusq̄ non uulgaris: qui de honestate uitæ ac
innocētia possim cū quouis cōtendere uiro laudatissimo.
Ex Mediolano kalendas Quintilibus.

¶ Reddēdo se notū apud incognitos familiarissima.

Cū me nescias qualis sim optime princeps: nec qui te red-
dant de mea cōditione certiorē: hic ulli sint: optis est ipse
me tibi aperiam: & uero in ijs laudem: quæ tueri posse nō
dubitem. **Poeticam** professus ac oratoriam nō cædo cuiq̄
bodiernæ tempestatis uel oratori ul̄ poetæ. **Rem** magnā
de me assero. **Sed** testimonia sunt paratissima: fac de me
in hisce periculum facultatibus: uidebisq̄ facillime quid
possis deinceps de me sentire. **Ex Mediolano sexto No-**
nas Quintilis.

¶ Reddendo se notū apud incognitos **Grauis.**

Non imperite uoluit Isocrates: posse uiros qui essent inco- **Isocrates**
gniti apud exteros: si q̄ præstabāt egregia laude: sese red-
dendi sui nominis cogniti gratia: laudare. **Quod** ut alios
facitasse plarissq̄ legim^o i locis: sic **Homerū** apud **Vlyxes** **Homertis**
inducit a poeta sapientissimo: cum ad **Phæaces** aduectus
est naufragio: nudusq̄ audiet: dicens se græcorū fuisse cō-
sulem: castrorum ducem: uictoriæ auctorem: triūphi par-
ticipem: uirum & prudentia & fortitudine & perseueran-
tia clarū. **Quis** autē philosophorū: ut inquit **Cicero**: uel in **Cicero in**
officijs

Cicero in
officijs

- contemnēda ut uidet gloria: nō est gloria cupidissimus: cūq; uideatur laudari nolle nō se assidue laudat. **Nōne** & **Apostolus** **A**postolo id licet **Paulo**: q **Corinthios**: a quib⁹ nō dum bñ cognoscebat: admoneat: quot p fide quātaq; tolerauerit: **Si** gloriari dicēs oportet: gloriabor in infirmitatib⁹ meis:
- Pythagoras** **A**t **Pythagoras** in magnā nauigās **Graciā** sese **Pythagorā** uoluit nosci: qui & si primus se cœpit sapientē non uocare sed amatorē sapientiæ: in hoc tñ ipso uocabulo sibi uolēs inuēttonis laudes tradi: se laudabat. **Ego** quoq; sum is un⁹ qui & philosophādo & diuina exprimēda sciētia multa iā triui sæcula: sumq; apud eas urbes cognitissimus atq; laudatissim⁹: quas cōtra (ut **Virgili⁹** inquit) sol nō steterit. **Le**gi em̄ in omnib⁹ **Italiae** **Galliae**q; studijs annos circit̄ quin/ quaginta: fuiq; tā utilis legēdo ac disceptādo: ut nequeat paucioribus declarari uobis. **Demū** uisendi latioris orbis cupidissimus (ut illud sequar **Vlyxēū** (qui mores hominū multoz; uidit & urbes: buc iui nō eieēt⁹ domo: ubi nobilis/ sima familia nat⁹ uito delicatissime ac opulētissime: nō qa mihi desit apud Italos quippiā: sed ut doctior illuc redeā. **Cupio** igitē & tibi optime princeps notior eē: & tuis hisce pplis: ut & tu mihi nō nihil præcipias: ut me aptius noscas & hi me nō admirent. **Ex Mfo. v. Nonas Quintilis.**
- S**ynonyma redditua sui noti apud incognitos.
Sum ego quē ignoratis: uir philosophiæ peritissimus.
Quē audiuiſtis **Platonē** **Mediolanēsiū** dici: ille sum.
Ne posthac me nesciatis: sum **Italorū** poetarū **Apollo**.
Nihil est mihi sine doctrina.
Sunt omnia mea cū uirtute cōiunctissima.
Qui me hactenus hic nō nouit: posthac sciat poetam esse præclarum.
Inter hodiernos nō mediocrē obtineo laudē theologos.
Tam est mihi ois doctrinæ laus familiaris & nota q̄ ego uobis nūc incognitus.
Si facietis ullū de me in ullo laudis genere periculū: aper/ tius me noueritis.

Virgilius

Horatius
in arte

TITVLVS LXXVII

Si licet quēq̄ apud incognitos laudare: dico me bonarū artium artiū nō participē solū: sed tenacissimū.

Sum adeo hūanitatē studioꝝ capax (q̄q̄ uobis ignotus) ut possim nec ueteribus plerūq̄: si uelim cedere.

Vos me nescitis: **A**t ego sum legum studiosissim⁹ atq; peritissim⁹.

Quæritis forte: quis sim: qui audeam: sum bonarū artium præceptor accuratus.

Ne me posthac nesciatis: hoc est præcipuū in me laudis: ut sim elegantissimus.

¶ Titulus. lxxvij.

¶ Mercatoria familiaris.

Genus hominū gnauorum & industriorum dixit eorū esse **Theophrastus**: qui terra mariq; solēt inquietissimī uacare mercatura. **H**i nūc in orientē profecti: nunc in occasum (ut ait **Xenophon**) nūc ad **Sarmatas**: nūc in **Libyam**: **Xenophon** inde uehunt: hinc reuehūt: quæ nos miramur & illi qui cū neq; difficultatibus parant: nec laboribus quidē ullis: ut honestatē uitæ tueant: se æque uitā suppeditare familiæ possint. **C**ū mihi uos sitis mares quattuor: si statueritis: aut uestrū alter mercator esse: ferā id quoq; æquissima mēte. **B**ene ualete. **E**x **M**po. iij. **N**onas Iulij.

¶ Mercatoria familiarissima.

Modo minuatim nō uendat: mercatoris & ars & uita laudanda est: quæ nisi foret: multa deessent ciuitatibus necessaria. **I**taq; si tu fili mercatorē te mauis (ut dicis) q̄ iuriconsultū: facis tu quidē fortasse non insipide: ut studeas ei facultati: quæ neq; litteras excludit: nec ullum genus laudis nec interdū ea negligit: quib⁹ uiuat cōmodius. **P**robo cōsiliū tuū. **E**x **M**ediolano. iij. **N**onas **Q**uintilis.

¶ Mercatoria Grauis.

Cū de mercatorib⁹ **Theophrastus** loqueret: quæ **Tullius** deinceps ad nostros usurpauit. **G**enus uirorum inquit officiosorum: sine quorum industria non omnino uiueretur optime in ciuitate benemorata. **A**b ijs enim terra mariq;

Theophrastus
Tullius

TITVLVS LXXVII

**Lucullus
Crassus**

Tullius

C. Manlius

**Tyro
Aratus**

per uarias orbis partes uehuntur ea: quibus & iucundior hominis uita fieri & diuturnior. **Q** & si discrimina ij subeunt plurima: sunt tñ saepenumero maximam optimamq; consecuti laborum mercedem: ut ditissimi sint: opulētissimi mosq; instituunt haeredes. **N**am unde uel **Luculli**: uel **Pu- blij Crassi** diuitiæ ortū habuerunt q̄ a mercatoribus: **N**ā licet mercatorū ordo mediā tueret sedem: hoc est eque- strem: ex qua & qui uectigalibus emendis reddendisq; rei publicæ (ut docet **Tullius**) præerant: sic tñ erāt urbis ner- uū: ut interdū multis præferrentē senatorib⁹: cum patricijs propinquitates cōtraherent: inter cōsulares cōuenirent. **N**am **Caius Manlius** mercatore nat⁹ senator urbis effect⁹ est: propter & diuitias & innocentiam. **N**on enim conclu- dendum est: eum ab omni uirtute alienum: qui mercaturæ uacet: qui cum nauigat: cum suos expectat nauigantes: cum multa uidet ac diuersa: cū hos atq; illos uarijs in locis audit: debet assidue: potestque cum litteris: tum alijs arti- bus laude dignis operam adhibere. **C**onstat enim **Tyro- nem** illum **Ephesium** mercatorem: **Aratumq;** **Sicyonium**: quia cum mercatura non neglexerint & litteras: & omne uirtutis mūnus: aliqñ meritos esse principes. **H**oc si tu pa- cto mi fili uis uacare mercaturæ: ut nihil admittas ocij fru- stra: me summa quidē afficies uoluptate. **E**x **Mediolano** pridie **Nonas Quīntilis**.

Synonyma mercatoria.

Hic est is mercator: qui meritus est laeson appellari.

Huius est plurimū laudanda mercatura: quæ quidem om- nis est cum uirtute cōiunctissima.

Tā est h̄ laut⁹ mercator: ut ad senatorū accedat splēdorē. **M**ercatura ne modo cū mēdacijs minutatim uendentium mixta sit: nihil habet nō laude dignū.

Est in mercatura negociatio non improba: fidei obserua- tio innocentissima.

Sunt in urbe mercatores nerui corporū.

Nisi mercatores inueniret labor: deessēt urbib⁹ nō pauca.

TITVLVS LXXVIII

Nec ad uiuendū nec ad fruendū necessaria in ciuitatibus
ullis forent: si deesset mercatura.

Quæ nō crescunt in locis: illo deferunt a mercatoribus.
Mercatorem ut sollertia decet: sic & prudētia: & æquitas:
& innocentia.

Tam est semp laudata mercatura: ut Romæ summo ha/
beret in p̄cio: ualereq; auctoritate nō parua.

Titulus. lxxviii.

Irritativa in aliquē familiaris.

Delatores: quos Cicero docet: homibus cūctis odio semp Cicero
extitisse: quo tu pacto non exerceas: qui soles uitioꝝ esse
hostis admiror uæhemētius. Adhibes autē qđ magis ob/
stupeam illis fidem: quod principē & grauē & bonū pluri/
mū dedecet. Scis em̄ quātas interdū mlto reges i calamit/
tates cōiecerint. Nā ne longe exempla petamus: Neronē Nero
coegit nihil aliud tā turpiter interire: qđ qđ audiebat dela/
tores. Spuriū igit̄ delatorē facinorosū nisi castigas & do/
lebis a liqñ summopere consuetudinē eius & memineris
meæ fidei. Ex Mediolano Nonis Quintilibus.

Irritativa in aliquē familiarissima.

Si recte mi frater animaduertes: qđ & ad famā: & ad uitā
obesse tibi possit Antonij familiaritas: ab eo nō secus ac a
perniciosa peste abhorres. Est homo ut malus & omni
uitio maculatus: sic tuus inimicissimus dissimulatorq; sut
erga te odij. Quærit quicqđ uel ingenio potest uel indu/
stria: ut tibi non oblit solū: sed aternā calamitatē pariat. Si
sapis ut sapis certo scio: execrare hoc monstrū: ac abs te
pelle. Ex Mediolano. viij. Idus Quintilis.

Irritativa in aliquē Grauis.

Et si omne malorū hominū genus uæhementius est dete/
standum: multo detestabilius tamē illorū qui omnē ope/
ram uitij adhibētes: & uideri uolunt boni: & bonos qđ di/
ligentissime persequūtur: afficiuntque pro sua uirili omni
contumelia: cōuitio: probris atq; incōmodo. Vt enim ea/
rundē sunt simulatores atq; dissimulatores rerum: sic fal

- Apostolus** fos hypocritas imitati ac per pseudo fratrum: quos **Apo-**
stolus improbat: progressi uestigia: nihil die noctuq; cogi-
 tant q̄ ut se foueant: suiq; simillimos: innocentes autē gra-
 ues: eruditos: sanctimonix uacantes: sui dissimillimos inse-
 ctent: pdant: e medio tollāt. Inter quos affero ad uos unū
 o patres optimi: praelatiq; sapientissimi: quē fortasse uobis
 incognitū ut cognoueritis: nedū ex uestro ppellatis cœ-
 tu: ueruetiā in obscurissimas tenebras & artissima conijci-
 atis uincula: ut & ipse desinat esse maleficus: & eiusmodi
 cætera mōstra huius exēplo deterrita nō uersent i hoim
 luce religionisq; corona. **Vir** hic igitur **Lælius**: aut potius
 bælua (nihil em̄ habet uirile: præter faciē: & eā certe indi-
 cantē scelestæ mētis indaginē) q̄ sit ad fœlicitatē illā pipa-
 teticorū aptus q̄ ad religionis ueræq; sanctitatis beatitudi-
 nem natus: audite: ac qd deceat de hoc iudicare p uestra
 cognoscite sapiētia. **Cū** soleant ueteres a nobilitate gene-
 ris primas accipere nobilitatis partes: dicantq;: generosa
 femina in hortis crescere suis: ut inquit **Seneca**: uidete q̄
 hic sit generosus: q & abiecta familia: humiliq; loco nat⁹ ē
 obscurissimus: ex ijs in quā: de quibus inquit **Maro**. **Multi**
 præterea: quos fama obscura recondit: & ex eo ipso abie-
 cto genere spurius natus est: dānato illo hūano diuinoq;
 iure coitu ex quo cū abiectiōe familiæ simul & ort⁹ dāna-
 tione nihil non habeat muli plenū. **Ex** asino em̄ cretus ad
 nihil pducendū fructus nō educatus est solū: sed sic insti-
 tutus ut quas fingūt poetæ: cū nascere Eumenidas inter-
 fuisse ducā: & bubonem in taxo malū omnē cecinisse: &
 paulatim hunc in stygia lotū unda factum ad omne facin⁹
 malū semp exactissimū. **Huius** ut superiora discurrā tem-
 pora: sedulo em̄ fuit flagitiosissimus: ut nihil de adolescen-
 tia impudicissima quidem iuuentuteque turpissima tan-
 gam: modestiæ meæ consulēs: quæ sine linguæ petulātia
 proferri nequirent: huc peruectam ætatem intuemur: ut
 quo magis crescant anni: eo etiam augeantur uitia: quo
 plus fit annosus: eo magis ad uirtutem debilis: quo magis

Seneca**Vir. v. æne.****Eumenides**

TITVLVS LXXVIII

æuo consenscit: eo magis uitiōrū omni genere iuuenes-
 cit: ut de seniore solebat apud Atheniēses dici **Demadæ**. **Demades**
Nō em̄ sese in ordinē cōtulit nostrū diui professus patris
 nostri leges & instituta: ut uel hæc tueret: uel obseruaret:
 quorū cum palam sit nōnunq̄ laudator: clanculū est inob-
 seruantissimus: sed ut cōmodius posset q̄ plurimos falle-
 re: suaq; tandē imundicia: impudicitia: incestitate: ac omi-
 turpitudine fœdare nri ordinis innumerabiles. Id ut asse-
 queret: adinuenit modū ac uia ad cætera paratiorē. **N**ā
 & si genere ignobilis est: natura notus: at diuitias sibi for-
 tunæ munera subtili pcurauit ingenio. **V**t em̄ sacrario sua
 illa demissa qnq; fronte præfici meritus est: sic subtrahens
 monasterio multa: in propriūq; non fur modo: sed sacrile-
 gus sollertissim⁹ cōuertens usum uenundedit: in pecuniā
 commutauit: factus est aliquando improuiso insperatoq;
 nūmosus. **C**ōtinuo non ad exercendam uirtutē peciniam
 traduxit: ne illo luuenalis laboraret: **H**aud facile emergūt
 quorum uirtutibus obstat res angusta domi: **S**ed illud au-
 diens **H**oratianæ irrisiōnis munus: **O** ciues ciues quæren-
 da pecunia primum: memoriæ satyricum aliud demāda-
 uit. **V**nde habeas: quærit nemo: sed oportet habere. **V**bi
 nōnihil aureorū cumulauit: eō modo institutiōis diui pa-
 tris nostri paupertatē custodiēs: in illud **C**iceronis incidit
 ut non sint ea bona dicenda: quæ bonos efficiūt malos: at
 malos longe peiores. In illudq; **A**ugustini: ut non sit malū
 aurum & argentū: quæ creauit deus: sed malus homo: qui
 dimisso creatore cōuersus est ad creaturam. In illud **P**sal-
 mistæ: **S**imulacra gentiū argentum & aurum. **S**tatim em̄
 hisce opibus latrocinio surreptis: fideq; sapius multis fra-
 cta: factus est arrogantior: superbior: capitolior: pertina-
 cior: neq; homines ueritus: nec deū. **Q**ua potuit calliditate
 astutissime perquisiuit: præesse **M**ediolanensi (ut non ne-
 scitis) monasterio: pecuniāq; primū corrumpere prælato-
 rum animos attemptauit. **V**bi nihil illo usq; profecit: cum
 tantū in ijs esset sapientiæ: innocentia: perseverantia: ut

Iuuenalis in
umbricio
Horatius
Iuuenalis

Cicero

Augustin⁹

Psalmistæ

nequirent eorū integerrimæ ac sanctæ mētes frangi: debi-
litari: moueri loco: ad aliud decurrat aucupij genus: ut ob-
seruantibus dare. **M**ediolani monasteriū: ea tñ simulās id
sentētia: ut cū inde cōuentuales digrederent ipse pedetē-
tīm insinnatione facta in suā redigeret conuentū manū.
Id cū non est factū: quod eius temeritati multorū obstite-
rit cōsiliū: eius calliditati uulpinæ: quæ sagacitati uirorū
Terentius prudētia: quod **D**auus apud **T**erentiū ait: **H**ac nō succes-
sit alia p̄grediemur uia: nixus est. **P**erquisiuit enim ut ob-
seruantia seueritate q̄si p̄posita: q̄ nequirēt id pati difficul-
tatis: eiicerent: sibi uero quodāmodo semp̄ obseruaturō:
quibusdamq; suis cōmilitonibus: compotorib⁹: comesto-
ribus: detractoribus: susurrōnibus: uoluptatisq; ministris
Mediolanēse monasteriū relinquere cōmendatū. **O** si id
sceleris p̄ ignauitā: secordiam: ineptitudinemq; cuiusq; ad-
mitteret: ouem inq; lupo cōmendatā. **O** templi deæ bo-
næ simillimū: qd̄ cū **R**omæ non liceret: nisi fœminis ingre-
di: tādē bonorum incuria: malorumq; sollicitudine illo-
uentū est: ut soli mares in eo suas exercētes turpitudines
orgia bacchanalia celebrarēt: adueniētibusq; sanctissimis
mulieribus dicerēt: p̄culo p̄cul esse p̄phane. **Q**uē illud
Iuuenalis nihil ē: quo de templo quidē illo dixit Iuuenalis: **T**alia se-
creta coluerūt orgia tæda: cum ea uideri possent recita-
riq;: quibus nostrū illud fœdaret: sorderet: putretq; mo-
nasteriū: si eius bumeris: custodia: cure uigilijsq; deman-
daret. **V**t em̄ assidue is cū per solitudinē ac socios potest:
in crapula: ebrietate: libidinibusq; uersat: ut est uanissim⁹:
insulsissimus: ineptissimus: auarissimus: pessimus: sic om-
nia instituta diuenterent in incontinentiā: temeritatē atq;
sordes. **Q**uid em̄ cogitat is assidue: nisi prælaturas: ut mul-
tis imperet: nulli seruiat: **N**ōne iā est ausus uel quadringē-
tos aureos polliceri sollicitatoribus **R**omæ: ut episcopatū
nancisceret: **N**ōne stolam: argētea uasa: mitramq; & pa-
storale iam appararat: ratus pōtificatus curam sibi nō de-
futuram? **P**ellite hoc monstrū omniū turpissimū: in uita

cla cony
torpare
te in no
lar. Ex

Hic et
Eucoda
reland
Vt nihil
falsim

Adhibe
tecur

Fac ut
Tanta

diffi
Hic nō

Abbu
quib

Nalica
fellerit

Quos
mani

Omnes
les n

Tam
Vt in

furt
Tam

est

Cū me

salte: c
nifatin
ngar ad

TITVLVS LXXIX

cla conijcite: castigate patres. **N**e feratis uestrū decus deturpare: nō odio (ita me dii adiuuent) in hoīem: sed pietate in nostrā moueor religionē: & in uos obseruātia singulari. **Ex Mediolano. vij. Idus Quintilis.**

Synonyma in aliquē irritatiua.

Hic ut est pessimus: sic abs te reijciendus.

Euitanda est tibi penitus huius amicitia: qui ab omni abhorret laude.

Vt nihil huic est cū uirtute coniunctū: sic abs te sit disiunctissimus.

Adbibe omnem operam: ut nullum huic imundissimo sit tecum contubernium.

Fac ut hūc nebulonē æque ac teterrimā effugias pestē.

Tanta hic est sorde: ut in quā domū conuenerit: eā sordidissimā effici posse putem.

Hic nō modo malus est: sed inimicissimus tibi.

Ab huius tibi familiaritate cauendū iccirco plurimū duco: quia & sceleratissim⁹ est: & tibi futurus perniciosissimus.

Nulli cum hoc cōmertū fuit: quem nō deceperit: non fellerit: nō fraudarit.

Cuius hic familiaritate functus est: quē non cōfecerit deum incōmodis plurimis.

Omnes qui huius sunt usi cōsuetudine: tandē i incredibiles molestias inciderūt.

Tam est hic domi forisq; uitā dus q̄ lues quādā exitiosa.

Vt in bono tiro periculosum est nihil: ita in hoc nihil sine summo discrimine.

Tam hunc detestandum esse reor q̄ monstrū omnibus est terribile.

Titulus. lxxix.

Inuitatoria ad cōmunē læticiā familiaris.

Cū meditatiōes hic assidue fiant militares: hastisq; ludæ: saltē: canat: cupim⁹ maximopere: ut & tu adsis: cū amicorū (ut inquit **Plato**) debeant esse cuncta cōia. Inuitamus te **Plato** igitur ad hāc nuptiarum læticiam. **D**ucturi enim uxorem

kalendis Aprilibus ea param^o oia: quæ læticiã nuptialem exprimât. Qd̄q; antebac raro cõtigit cuiq; oratorẽ habemus tã disertũ: ut nõ tã laudare hũc meritũ possimus uerbis q̄ admirari. Est hõ rarus: imo quidẽ hodie solus. Hoc quoq; te lætiorẽ efficiet atq; iucundiorẽ: quẽ scio tali uiro plurimũ delectari posse. Qobrẽ fac ut q̄primũ ad nos eas hui^o læticiæ cõmunis causa. Ex M^o. vj. Idus Quintilis.

Inuitatoria ad cõem læticiã familiarissima.

Cũ postridie hui^o diei natale meũ celebri sim læticia celebraturus: existimo fore mihi diẽ multo iucundiorẽ: si præsentẽ & te uidero. Quid em̄ mihi sine te fuit unq̄ iucundissimũ: q̄uis esset om̄i exultatione cumulatũ? Tu em̄ es animæ pars meæ: corculũ meũ: uita mea. Itaq; te facio ad hãc cõmunẽ læticiã inuitatũ: cupioq; ut ubi primũ hãc plegeris epistolã: cõtino te huc transferas: ubi & lætabimur: & de multis cõmentabimur. Ex M^o. v. Idus Quintilis.

Inuitatoria ad cõem læticiã grauis.

Xenophon Regũ Perfarũ institutũ fuisse phibet Xenophon socraticus ille: ut ad cõem læticiã p̄ epistolas amicos inuitarent. Hic mos ad græcos in Europam traductus est: ut olympiãdibus ludis: & megalesijs: & apollinaribus: qui ad cõem læticiã fuerãt inuẽti singuli: ex om̄i græcia inuitarent: alij ad currendũ ad stadiũ: alij ad saltandum: alij ad luctandũ: alij ad uidendũ læticiæq; seruiedũ. Per eã inuitationẽ doluit **Minos** Angrogeũ sibi filiũ interemptũ. Idem mos ad primos urbis Romanæ cõditores statim relat^o est: si recte cõsidere: qua uia & opportunitate raptæ sint sabinæ: nõ qa nõ putẽ maximũ perfidie genus sibi fidentẽ pdere quẽq; Sed quia sic pbent ad cõmunẽ læticiã semp eos inuitatos esse: qui sunt lætãtibz inuitãtibzq; ullo cõiuncti propinquitatis genere. Eo frãtus rerũ exẽplo: nec turpe cõsẽns illoz imitari uestigia: quos ois est ætas semper admirata: nunc te ad cõem inuito læticiã: quã ego celebrẽ iccirco facio: qm̄ qui princeps nobis ualitudinarius diutius fuerat hic optime nunc habet. Ad hãc autẽ qui præerat Medio

TITVLVS LXXIX

lanensi noſtrorū religioſorum monaſterio: uir omni ſce-
 lere cumulatus: is eiectus eſt a principe: miſſuſq; in tene-
 bras exteriores: ut illo utar euangelico. **N**ā ubi diuti⁹ ſuæ **C**hriftus.
 latuerūt fraudeſ: tandē detectæ ſūt poenæſq; p̄ criminib⁹
 luit: ut non modo fama patiatur: ſed ære omniq; fortuna:
 quā indigne ac inique occupabat: priuata in uincula con-
 iectus nunq̄ ſit liberādus. **H**æc ut cūctis debet eſſe noſtris
 cōmunis læticia: tum præcipue nobis: quibus fuit is acer-
 biſſimus aduerſarius: quoſq; omni eſt ſemp odio infecta-
 tus. **Q** autē obſuerit ordinī religioniq; uniuerſæ: quīſ eſt:
 qui neſciat? **A**t in eum id tandē cognitum eſt qđ **V**alerius **V**alerius
 eſt complexus: **L**ento em̄ gradu ad uindictam ſui diuina **maximus**
 procedit ira: tarditatēq; ſupplicij grauitate cōpenſat. **V**e-
 rum de principis bona ualitudine cur non magis magiſq;
 lætemur qui aſylū eſt bonorū oīm? **H**uius tanta eſt uirt⁹:
 hūanitas: pbitas: ſapiētia: ut qui hunc non amet: nō colat:
 nō uenereſ: feræ ſit potius q̄ homiſ ſiliſ. **P**ublica erāt om-
 niū p̄ huius ualitudine uota: ſupplicationes: ſacrificia. **P**ri-
 uatæ aut ubiq; preces: ut cōualeſceret. **T**andē nō arduiuit
 noſ ſolū deus optimus: maxim⁹: ſed exaudiuit ut nō ora-
 uerim⁹ modo: ſed a ſupis huius ualitudinē exorauerim⁹.
Læticia hic publica celebraſ: cui cum te intereſſe plurimū
 cupiam⁹: uolum⁹ te hiſce litteriſ inuiratū: ut kalēdiſ hic ſiſ
 Maijſ. **E**x **M**ſo. iij. **I**duſ **Q**uintiliſ.

Synonyma inuitatoria ad cōmunē læticiā.

Accede buc interfuturus læticiæ cōmunī.

Fiunt hic publica læticiæ cōmunis gratia uota: quibus ut
 interſiſ cupio.

Ego te ad hanc noſtrā inuito cōmunē læticiā.

Cum non neſciam: eſſe tibi cōmunē hanc noſtram læticiā
 cognitā: in hanc te inuito.

Velim te inuitatū eſſe in hanc noſtræ cōmunis læticiæ ce-
 lebritatem.

Cū ſim⁹ pro noſtro natali cōmunē celebraturi læticiam
 inuitamus te pariter ut buc eaſ.

Fac ut ad p̄ximas kalendas in hac urbe sis nobiscū: ut cōi
læticiæ nostræ seruiamus.

Nisi te q̄primū in banc nostrā cōmunē læticiā cōferas: nō
arbitramur res nobis iucundas easdem tibi fieri.

Veni cōtinuo in banc cōmunē læticiā inuitatus.

Ne differas tuū in hāc cōmunē læticiā ad nos aduentū.

Si cōmunis es læticiæ nostræ particeps: inuitatus accede
ad nos propere.

Nihil sit moræ: quo min⁹ hoc statim p̄ficiscare cōilæticiæ
nostræq; interfuturus iucūditati.

¶ Titulus. lxxx.

Sirenes ¶ **M**oralis uoluptatū damnatiua familiaris.
Iure **S**irenes poetæ fingūt solitas in pelago tā amene can-
tare: ut eas audiētes nihilq; curātes aliud: facillime merge-
rent. **N**ā ea sunt illecebræ sensuumq; uoluptates: quibus
seducti uiri uirtutis relinquunt præmia. **N**ā & tu uir omni
laude cumulat⁹ ante hac studijs bonarū artiū dicatissim⁹:
nūc in eā cōcidisti uoluptatū sordē: ut merito in sirenū in-
cidisse fabulā dici queas. **Q**uare si me audis: & si te nō odi-
sti penitus: execrare luem istā: ac ueluti pestilentē morbū
effuge titillantis sensus cupiditatē atq; pruritū: ne deserta
uirtutis maiestate: deniq; acerbissime lugeas. **Ex Medio,**
lano. iij. Idus Quintilis.

¶ **M**oralis uoluptatū dānatiua familiarissima.
Tamdiu lugebis atq; macerabere: q̄diu inter istas luxuriæ
uerfabere sordes. **Q**uid em̄ fœdus: aut ægrius q̄ turpissi-
mis seruire dñis: uoluptatibus inq; ipsis ac animi perturba-
tionibus: Id ut est turpissimū ad famā: sic ad uitā oēm peri-
culosissimū. **N**am & ualitudines malæ singulæ nascunt̄ ex
incōtinētia: & qui ad fœlicitatē callis ducit: hui⁹ pdiē præ-
uaricatiōe: cui quotiēs te negaueris: totiēs tuæ uitæ cōsu-
les atq; famæ. **Ex Mlō pridie Idus Quintilis.**

¶ **M**oralis uoluptatū damnatiua grauis.
Vt inuitarent̄ ad cōem læticiā finitimi cūcti: fuit uetustissi-
Lycurgus mū **Lacedæmonioꝝ** institutū a **Lycurgo**: q; cū uideret ur-

bē pre d
talibus t
ciuitatis
ad bon
interf
Aiaz
aut ali
pazis de
cū pl
more hū
dilat
taur
cōmon
ulq; di
bonar
sunt ab
rebo
ticiū
nihil
occur
in is
uocoo
uolupt
tudine
lætici
possum
cit. All
millim
nō seq
incest
supel
mercat
bemas
pim⁹ me
nleq; quo

bē prae dolore pestis: plurimū mœstā: inqt: **E**go dijs imor/
 talibus habendas existimo grās: q nostræ acceperint curā
 ciuitatis: nostrosq; redegerint ciues in cælū: inuitandosq;
 ad hanc læticiā finitimos arbitror: ut cū supplicationibus
 intersint: tū ludis: in quos ex oī genere cōueniant **E**tropæ
Asiaq; incolæ: uel præmia suaꝝ laudū accepturi. **F**actū est
 aut ut assidue dies sexdecim cōis celebraret læticia i foris
 plateis & cōpitis: ubi pæana canētes: ingeminabāt **O**be
 cū plausu in maxima populi corona. **C**omodius certe nri
 morē hūc eē tūc obseruādū existimarūt: cū nō extingue/
 di luctus cā: sed exaggerandæ uoluptatis inēuenisset gra/
 tia: ut si qd uel reipublicæ contigisset: uel priuato cuiq; qd
 cōmunē plurimis læticiā diceret. Id q possunt: uel in hunc
 usq; diē imitant: si modo sūt aut uetustatis æmuli: aut uiri
 bonarū artiū nō ignari. **N**am rudes: & antiq̄tatis imperiti
 sunt ab eiusmodi ritu sanctissimo penit⁹ alieni. **N**os igit^r in
 reb⁹ foelicissimis uahemētissime læti: nisi ad cōem hāc læ/
 ticiā ea pariter traducam⁹: quæ sunt uoluptatū dānatia:
 nihil nos sūmā ducimus exultatiōis accepisse: ne gestiat:
 ne excurraē i insolētias: ne in turpitudines incidaē. **I**lli em̄
 in ijs festiuitatū choris crapulæ ac ebrietatibus uacabant:
Baccho inēdū **V**eneriq; seruiētes. **N**os eiusmodi detesta/
 ti uoluptates oēm iucūditatē nostrā carere cupim⁹ turpi/
 tudine. **M**oribus ergo seruatis **A**pollinis atq; **D**ianæ: in oī **A**pollo
 læticia meminerimus rationis: laudis atq; uirtutis: quibus **D**iana
 possum⁹ beati fieri. **N**am turpitude nulla nos beatos effi/
 cit. **A**sq; qui nos omi opa decet **S**olonis illud: ut uiuēdo si **S**olon
 millimi sim⁹ deorū. **A**t **P**ittacus sapiēter inquit: **Q**ui deorū **P**ittacus
 nō sequit^r uitā: eorū nō attingit sedes. **O**mnis imundicia &
 incestitas damnat famā: ac pdit hominē. **Q**uid autē cuiq;
 sup̄est: ut **T**hales ait: ubi neq; famæ satis ē: nec animæ. **S**i **T**hales
 mercatura tanq̄ aut nauigatio est hęc uita nostra: tam de/
 bemus (ut **P**ericles admonuit) abesse a turpitudine: q̄ cu **P**ericles
 pim⁹ meliore rem nostrā uendere. **N**ihil est igit^r tam mo/
 rale (quod docuit **P**lato) q̄ execrari uoluptates ac dete/ **P**lato

TITVLVS LXXX

stari malos animorū sensus. **I**d ut oēs decere duco: multo nos magis: quibus est principatū regendorū cōmissa cura. Itaq; te fili plurimū ad bonos hortor mores: ut uoluptates detesteris. **Ex** M^o Idibus **Q**uintilibus.

Synonyma moralia uoluptatū dānatiua.

Præstat cū laude mori q̄ inter illecebras uiuere.

Nihil est uirtute præstabilius: nihil uitio detestabilius.

Vt sola p̄bitate uiuūt n̄ræ laudes: sic solo scelere in̄eunt.

Nulla res est qua diutius triuāt homines q̄ pietate ac fide: cū omni uitiorū odio.

Qui malos execraē mores omniū est moralissimus.

Augustin⁹

Bonī mores atq; mali (ut **Augustin⁹** inq̄) bonos ac malos discernūt: ad diuersaq; p̄ducūt: uelut paleā ac triticū.

Omnia labefacit improbitas: oīa nutrit probitas.

Vt homis uitæ famæq; diuturnitati cōducit plurimū uirt⁹ sic oīa delet atq; inficit uitū.

Tam absunt a bonis moribus mali q̄ ab inferis superi.

Nihil est uirtuti cuiq̄ cōmune cum uitijs.

Splendent singula uirtutū ornāmēta sordēt oīa scelera.

Squalor ac rubigo semp est malorū: bonorum autem nitior atq; decus.

Ornamento pietatis nihil addi pōt candidius.

Impietatis sordi foediū esse nihil ualet.

Mores cōplexi bonos uoluptates corpis execrant.

Moralis disciplina continentiae tutrix est: incontinentiae grauis hostis.

Finit **E**pistolare **M**arij **P**hilelfi elegantissimū: **B**asileæ per magistrū **I**oannem **D**e **A**merbach lumina lucubratiōne imp̄sum: **A**nno nonagesimo quinto supra millesimū quaterq; centesimū.



Qui cupis
Hoc
Vberius
Et n̄
Namq;
Præq;
Omne ge
Adm̄
Tū gen
Inimic
Argumē
At uir
Omnia d
Multi

Qui cupis in paucis uersari: & multa uidere:
Hoc lege: quod Marius utile promptit opus.
Vberius sacro nil dicas fonte Philelfi.
Et nihil utilius hoc opere esse putes.
Namq; is rhetorica breuiter præcepit in arte
Præcepta: Exemplis munijt inde datis
Omne genus scripti: uariis quo nititur usus:
Adiunxit sollers hinc Mariana manus.
Tum genus in ternas partiuit quodq; figuras:
Infimus est: medius: altoquusq; modus.
Argumenta uiri poterūt hinc sumere docti.
At iuuenis totū uendicet usq; librum.
Omnia debemus Mario pro munere tanto:
Multū Mondello: quo duce uiuit opus.

REGISTRVM CHARTARVM

<p>a uacat Iocosa Ludouicus cereraut b exquisitū qui ei uolutare Dicturus c Quæ sit Exemplū suam Cum quia d Exemplū Titulus prim^o uiuīt: & soler. Sed e qua abunde uas & ditissime Honos alit f Titulus octau^o tibiꝯ res & ueri Hæc est g Nullū in hac præustas. studioꝯ gen^o aut pugna</p>	<p>b annumerareꝯ. duis constet cum uulpe id facit i meis cent aliqui teris: uel benigne k mi fili ternum cū uiderit sum: uel l Facit neribus num genera Pro mea m quisqꝯ luit nefas te cōtulerā liges: cū n Vt in hoc gisse aut Confirmatiua tissimo in o Hic omnes esset fidei Pannonēs: rata: &</p>	<p>p oculos Si uis dissimasqꝯ Fac ut q fundamenta rediuimus In nulla Sed prohibui r ut opinor amari Antiquissimus Gaudeant s huic suisqꝯ bus quorūqꝯ hunc igiꝯ uirum t priscos Ab hoc Tam est uiribus u Silicet Nec ad æuo cla conijcite</p>
--	--	--



